 - (2) Pii X *Vacante Sede Apostolica*, die 25 dec. 1904: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III (1908) 239-288.
 - (3) Pii XI *Cum Proxime*, die 1 mart. 1922: *AAS* 14 (1922) 145-146; EIUSDEM *Quae Divinitus*, die 25 mart. 1935: *AAS* 27 (1935) 97-113.
 - (4) Pii XII *Vacantis Apostolicae Sedis*, die 8 dec. 1945: *AAS* 38 (1946) 65-99.
 - (5) IOANNIS XXIII *Summi Pontificis Electio*, die 5 sept. 1962: *AAS* 54 (1962) 632-640.
 - (6) PAULI VI *Regimini Ecclesiae Universae*, 15 aug. 1967: *AAS* 59 (1967) 885-928; EIUSDEM *Ingravescentem Aetatem*, die 21 nov. 1970: *AAS* 62 (1970) 810-813; EIUSDEM *Romano Pontifici eligendo*, die 1 oct. 1975: *AAS* 67 (1975) 609-645.
 - (7) Cfr. IOANNIS PAULI PP. II *Pastor Bonus*.
 - (8) Cfr. *Codex Iuris Canonici*, can. 349.
 - (9) Cfr. CONC. OECUM. VAT. I *Pastor Aeternus*, III; cfr. *Lumen Gentium*, 18.
 - (10) *Codex Iuris Canonici*, can. 332, § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can 44 § 1.
 - (11) *Codex Iuris Canonici*, can. 349.
 - (12) Cfr. PAULI VI *Ingravescentem Aetatem*, II, 1, die 21 nov. 1970: *AAS* 62 (1970) 811; EIUSDEM *Romano Pontifici eligendo*, 33, die 1 oct. 1975: *AAS* 67 (1975) 622.
 - (13) *Codex Iuris Canonici*, can. 1752.
 - (14) Cfr. *Codex Iuris Canonici*, can. 332, § 2; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can 44 § 2.
 - (15) Cfr. IOANNIS PAULI PP. II *Pastor Bonus*.
 - (16) Cfr. PAULI VI *Vicariae Potestatis*, 2 § 1, die 6 ian. 1977: *AAS* 69 (1977) 9-10.
 - (17) Cfr. PAULI VI *Vicariae Potestatis*, 2 § 4, die 6 ian. 1977: *AAS* 69 (1977) 10.
 - (18) Cfr. Pii XI *Quae Divinitus*, 12, die 25 mart. 1935: *AAS* 27 (1935) 112-113.
 - (19) Cfr. IOANNIS PAULI PP. II *Pastor Bonus*, 117.
 - (20) Cfr. IOANNIS PAULI PP. II *Pastor Bonus*, 18, § 1 et 3.

- (21) Cfr. *Codex Iuris Canonici*, can. 1399.
- (22) *Missale Romanum*, Missa votiva « Pro eligendo Papa », n. 4, p. 795.
- (23) Cfr. S. Pii X *Vacante Sede Apostolica*, 76, die 25 dec. 1904: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III (1908) 280-281.
- (24) Cfr. Pii XII *Vacantis Apostolicae Sedis*, 88, die 8 dec. 1945: *AAS* 38 (1946) 93.
- (25) Cfr. PAULI VI *Romano Pontifici eligendo*, 74, die 1 oct. 1975: *AAS* 67 (1975) 639.
- (26) Cfr. S. Pii X *Vacante Sede Apostolica*, 79, die 25 dec. 1904: *Pii X Pontificis Maximi Acta* III (1908) 282; Pii XII *Vacantis Apostolicae Sedis*, 92, die 8 dec. 1945: *AAS* 38 (1946) 94; PAULI VI *Romano Pontifici eligendo*, 79, 1 oct. 1975: *AAS* 67 (1975) 641.
- (27) Cfr. *Act.* 1, 14.
- (28) Cfr. *Matth.* 21, 22; *Marc.* 11, 24.
-



2.

BENEDICTUS PP. XVI

LITTERAE APOSTOLICAE
MOTU PROPRIO DATAE

*De nonnullis mutationibus in normis ad electionem Romani Pontificis
attinentibus*

Normas nonnullas

* * *

Źródło: tekst promulgowany w “Osservatore Romano” dn. 25 lutego 2013 roku.

* * *

Normas nonnullas per Apostolicas Litteras *De aliquibus mutationibus in normis de electione Romani Pontificis* Motu Proprio die XI mensis Iunii anno MMVII, tertio Nostri Pontificatus, datas, statuimus, quae, cum eas abrogarent normas quae in numero 75 continentur Constitutionis Apostolicae *Universi Dominici Gregis* quam die XX mensis Februarii anno MCMXCVI Decessor Noster beatus Ioannes Paulus II promulgavit, normam statuerunt, traditione sancitam, ad quam, ut valida Summi Pontificis habeatur electio, duae ex tribus partes suffragiorum omnium Cardinalium electorum praesentium semper requiruntur.

BENEDICTUS PP. XVI

LITTERAE APOSTOLICAE
MOTU PROPRIO DATAE

**De aliquibus mutationibus in normis
de electione Romani Pontificis**

Constitutione apostolica *Universi Dominici Gregis*, die XXII Februarii anno MCMXCVI promulgata [1], Venerabilis Decessor Noster Ioannes Paulus II, nonnullas immutationes induxit in normas canonicas servandas pro electione Romani Pontificis a Paulo VI, felicitis recordationis, statutas [2].

In numero septuagesimo quinto memoratae Constitutionis statutum est ut exhaustis incassum omnibus suffragationibus, iuxta normas statutas peractis, in quibus ad validam electionem Romani Pontificis duae ex tribus partes suffragiorum omnium praesentium requiruntur, Cardinalis Camerarius Cardinales electores consulat de modo procedendi, atque agetur prout eorum maior absoluta pars decreverit, servata tamen ratione ut electio valida evadat aut maiore absoluta parte suffragiorum aut duo nomina tantum

suffragando, quae in superiore scrutinio maiorem suffragiorum partem obtinuerunt, dum hoc quoque in casu sola maior absoluta pars requirebatur.

Post promulgatam vero laudatam Constitutionem, haud paucae petitiones, auctoritate insignes, ad Ioannem Paulum II pervenerunt, sollicitantes ut norma traditione sancita restitueretur, secundum quam Romanus Pontifex valide electus non haberetur nisi duas ex tribus partes suffragiorum Cardinalium electorum praesentium obtinuisset.

Nos igitur, quaestione attente perpensa, statuimus ac decernimus ut, abrogatis normis quae in numero septuagesimo quinto Constitutionis Apostolicae *Universi Dominici Gregis* Ioannis Pauli II praescribuntur, hae substituantur normae quae sequuntur:

Si scrutinia de quibus in numeris septuagesimo secundo, tertio et quarto memoratae Constitutionis incassum reciderint, habeatur unus dies orationi, reflexioni et dialogo dicatus; in subsequentibus vero suffragationibus, servato ordine in numero septuagesimo quarto eiusdem Constitutionis statuto, vocem passivam habebunt tantummodo duo nomina quae in superiore scrutinio maiorem numerum suffragiorum obtinuerunt, nec recedatur a ratione ut etiam in his suffragationibus maioritas qualificata suffragiorum Cardinalium praesentium ad validitatem electionis requiratur. In his autem suffragationibus, duo nomina quae vocem passivam habent, voce activa carent.

Hoc documentum cum in *L'Osservatore Romano* evulgabitur statim vigere incipiet. Haec decernimus et statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XI mensis Iunii, anno MMVII, Pontificatus nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XVI

-
1. Ioannes Paulus II, Constitutio apostolica *Universi Dominici Gregis*, 22 februarii 1996, in *AAS* 88 (1996) 305-343.
 2. Paulus VI, Constitutio apostolica *Romano Pontifici eligendo*, 1 octobris 1975: *AAS* 67 (1975) 605-645.

Gravitate quidem considerata quo aptiore modo id evolvatur quod, quamvis vario pondere, ad electionem attinet Romani Pontificis, potissimum ad certam interpretationem et executionem nonnullorum praeceptorum, statuimus et decernimus ut quaedam normae Consitutionis Apostolicae *Universi Dominici Gregis* necnon ea quae in supra memoratis Apostolicis Litteris Nos Ipsi statuimus, substituantur normis quae sequuntur:

35. Cardinalis elector nulla ratione vel causa a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi potest, vigentibus tamen iis omnibus quae sub n. 40 et 75 huius Constitutionis statuuntur.

37. Praecipimus praeterea ut, ex quo Apostolica Sedes legitime vacat, antequam Conclave incohetur, mora sit interponenda quindecim solidorum dierum, facta tamen Cardinalium Collegio potestate Conclavis initium anticipandi, si constat omnes Cardinales electores adesse, vel etiam proferendi per aliquot dies, si graves obstant causae; tamen viginti diebus ad summum elapsis ab initio Sedis vacantis, cuncti Cardinales electores praesentes ad electionis negotium procedant.

43. Ex quo initium negotiorum electionis statutum est ad peractae usque Summi Pontificis electionis publicum nuntium vel, utcumque, hoc iusserit novus Pontifex, aedes *Domus Sanctae Marthae*, pariterque Sacellum Sixtinum atque loci designati liturgicis celebrationibus obserari debebunt, sub auctoritate Cardinalis Camerarii externaque cooperatione Vicecamerarii et Substituti Secretariae Status, omnibus licentia carentibus, prout statuitur in sequentibus numeris.

Integra regio Civitatis Vaticanae, atque etiam ordinaria industria Ministeriorum quorum sedes stat intra eius fines, ita moderandae erunt, hoc tempore, ut circumscriptio in tuto collocetur nec non expedita explicatio actionum ad Summi Pontificis electionem pertinentium. Provideatur peculiariter, Praelatis Clericis de Camera etiam opem ferentibus, ut Cardinales electores a nullo conveniantur iter facientes ab aedibus *Domus Sanctae Marthae* ad Palatium Apostolicum Vaticanum.

46. § 1º Ut personarum necessitatibus et officii, quae cum electionis cursu nectuntur, occurratur, praesto esse debent ideoque convenientibus locis recepti intra fines quorum in huius Constitutionis n. 43 fit mentio, Secretarius Cardinalium Collegii, qui conventus electivi Secretarii fungitur munere, Magister Pontificiarum Celebrationum Liturgicarum cum octo Caeremoniariis et duobus Religiosis qui Sacrum Pontificium curant; atque ecclesiasticus vir a Cardinale Decano electus vel a Cardinale vicem gerente, ut in munere explendo eum iuvet.

47. Omnes personae quae n. 46 et n. 55, § 2º significantur huius Constitutionis Apostolicae, quae quavis ratione ac quovis tempore a quocumque resciscunt ea quae ad recte oblique proprios electionis actus attinent, potissimum quae peracta ipsius electionis scrutinia contingunt, arto secreto tenentur cum qualibet persona ad Collegium Cardinalium electorum non pertinente; hac de causa, antequam incipiat electio, ius iurandum nuncupare debent, secundum modum et formulam, ut subsequens numerus indicabit.

48. Illi omnes, de quibus dicitur n. 46 et n. 55, § 2º huius Constitutionis, rite certiores facti circa significationem amplitudinemque iuris iurandi faciendi ante negotiorum electionis initium coram Cardinale Camerario vel alio Cardinale ab eo delegato et coram duobus Protonotariis Apostolicis de Numero Participantium, tempore opportuno pronuntiabunt et subscribent ius iurandum secundum hanc formulam:

Ego N. N. promitto et iuro me inviolate servaturum esse secretum absolutum cum omnibus quotquot participes non sunt Collegii Cardinalium electorum, hoc quidem in perpetuum, nisi mihi datur expresse peculiaris facultas a novo Pontifice electo eiusve Successoribus, in omnibus quae directe vel indirecte respiciunt suffragia et scrutinia ad novum Pontificem eligendum.

Itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuscumque ad vocem transmittendam vel recipiendam aut ad imagines exprimendas quovis modo aptis de iis quae tempore electionis fiunt intra fines Civitatis Vaticanae, atque praecipue de iis quae quolibet modo directe vel indirecte attinent ad negotia coniuncta cum ipsa electione. Declaro me editurum esse ius iurandum utpote qui plane noverim quamlibet eius violationem adducturam esse excommunicationis mihi poenam latae sententiae Sedi Apostolicae reservatae.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.

49. Exsequiis defuncti Pontificis rite persolutis et apparatis iis quae requiruntur ad legitimam electionem exsequendam, die constituto - decimo quinto id est a Pontificis morte aut non ultra vicesimum diem, prout n. 37 huius Constitutionis decernitur - Cardinales omnes convenient in Basilicam Vaticanam Sancti Petri, vel alium in locum pro temporis et loci opportunitate, ad participandam sollemnem Eucharisticam celebrationem cum Missa votiva *pro eligendo Papa*. Hoc congruenti tempore matutino persolvendum est, ita ut horis postmeridianis impleri possit quod praescribitur sequentibus numeris huius Constitutionis.

50. A Sacello Paulino Palatii Apostolici, ubi congruo pomeridiano tempore Cardinales electores adstiterint, choralis vestimento induti sollemni processione, cantu invocantes *Veni, creator Spiritus Sancti* assistentiam, se conferent in Cappellam Sixtinam Palatii Apostolici, locum et sedem electionis peragendae. Processionem participabunt Vicecamerarius, Auditor Generalis Camerae Apostolicae et duo membra cuiusque Collegii Protonotariorum Apostolicorum de Numero Participantium, Praelatorum Auditorum Rotae Romanae et Praelatorum Clericorum de Camera.

51, § 2º Quapropter Collegium Cardinalium, agens de auctoritate et officio Camerarii, quem adiuvabit Congregatio particularis de qua in numero 7 huius Constitutionis, curabit ut, intra praefatum Sacellum et in locis contiguis, omnia prius disponantur adiuvantibus quoque foris Vicecamerario et Substituto Secretariae Status, ita ut regularis electio eiusdemque secreta indoles in tuto ponantur.

55, § 3º Si quid tale contra hanc normam admissum fuerit, sciant auctores se innodari excommunicationis poena *latae sententiae* Sedi Apostolicae reservatae.

62. Modis abrogatis electionis qui per *acclamationem seu inspirationem* et per *compromissum* dicuntur, electionis forma Romani Pontificis futuro de tempore erit tantum *per scrutinium*.

Decernimus igitur ut Summi Pontificis ad validam electionem saltem duae ex tribus partes suffragiorum requirantur omnium electorum praesentium et suffragia ferentium.

64. Tribus gradibus explicatur scrutinium, quorum primus, qui *antescrutinium* vocari potest, complectitur: 1) schedularum praeparationem et partitionem per Caeremoniaros - qui interea in aulam revocantur una cum Secretario Collegii Cardinalium simulque cum Magistro Pontificalium celebrationum Liturgicarum - quique earum saltem duas vel tres cuique Cardinali electori dabunt; 2) ex omnibus Cardinalibus electoribus sortitionem trium Scrutatorum, trium ad infirmorum excipienda suffragia qui destinantur, qui brevitatis gratia *Infirmarii* appellantur, et trium Recognitorum; sortes has publice iacit novissimus Cardinalis Diaconus, qui subinde novem nomina depromit illorum qui munia haec sustinere debent; 3) si in extractione Scrutatorum, *Infirmariorum* et Recognitorum ducta nomina exierint Cardinalium electorum qui, ob infirmitatem vel aliam ob causam impediuntur quominus officia haec gerant, eorum loco alia nomina non impeditorum depromantur. Primi tres sorte educti erunt Scrutatores, alteri tres *Infirmarii*, ceteri vero tres Recognitores.

70, § 2º Scrutatores in unam summam redigunt suffragia, quae quilibet obtinuit, et si nemo saltem ad duas partes ex tribus suffragiorum pervenit, non est electus Papa in illo scrutinio; si quis vero duas partes ex tribus saltem accepit, habetur electio Romani Pontificis et quidem canonice valida.

75. Si scrutinia de quibus in numeris septuagesimo secundo, tertio et quarto memoratae Constitutionis incassum reciderint, habeatur unus dies orationi, reflexioni et dialogo dicatus; in subsequentibus vero suffragationibus, servato ordine in numero septuagesimo quarto eiusdem Constitutionis statuto, vocem passivam habebunt tantummodo duo nomina quae in superiore scrutinio maiorem numerum suffragiorum obtinuerunt, nec recedatur a ratione ut etiam in his suffragationibus minimum maioritas qualificata duarum ex tribus partium suffragiorum Cardinalium praesentium et vocem activam habentium ad validitatem electionis requiratur. In his autem suffragationibus, duo nomina quae vocem passivam habent, voce activa carent.

87. Post electionem canonice factam, ultimus Cardinalis Diaconus vocat in aulam electionis Secretarium Collegii Cardinalium et Magistrum Pontificiarum Celebrationum Liturgicarum et duos Caeremoniarios; atque consensus electi per Cardinalem Decanum aut per Cardinales primum ordine et aetate, nomine totius Collegii electorum, his verbis requiratur: *Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem?* Statimque, post consensum declaratum, electus interrogetur: *Quo nomine vis vocari?* Tunc per Magistrum Pontificiarum Celebrationum Liturgicarum, munere notarii fungentem, testibus adhibitis duobus Viris a caeremoniis, instrumentum de acceptance novi Pontificis et de nomine ab eo assumpto conficitur.


Omnia quae in his Litteris Apostolicis in forma Motu Proprio deliberavimus, ordinamus ut in omnibus earum partibus servantur, contrariis rebus minime quibuslibet officientibus.

Hoc documentum cum in actis diurnis *L'Osservatore Romano* evulgabitur, statim vigere incipiet¹⁹.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXII mensis Februarii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri octavo.

BENEDICTUS PP. XVI

¹⁹ Promulgowano dn. 25 lutego 2013 roku.



3.

Deklaracja

papieża Benedykta XVI o rezygnacji z posługi Biskupa Rzymskiego
ogłoszona na konsystorzu dnia 11 lutego 2013 roku²⁰

Declaratio

* * *

Źródło: tekst opublikowany na stronie www.vatican.va

* * *

Fratres carissimi

Non solum propter tres canonizationes ad hoc Consistorium vos convocavi, sed etiam ut vobis decisionem magni momenti pro Ecclesiae vita communicem. Conscientia mea iterum atque iterum coram Deo explorata ad cognitionem certam perveni vires meas ingravescente aetate non iam aptas esse ad munus Petrinum aequè administrandum.

Bene conscius sum hoc munus secundum suam essentiam spiritualement non solum agendo et loquendo exsequi debere, sed non minus patiendo et orando. Attamen in mundo nostri temporis rapidis mutationibus subiecto et quaestionibus magni ponderis pro vita fidei perturbato ad navem Sancti Petri gubernandam et ad annuntiandum Evangelium etiam vigor quidam corporis et animae necessarius est, qui ultimis mensibus in me modo tali minuitur, ut incapacitatem meam ad ministerium mihi commissum bene administrandum agnoscere debeam.

Quapropter bene conscius ponderis huius actus plena libertate declaro me ministerio Episcopi Romae, Successoris Sancti Petri, mihi per manus Cardinalium die 19 aprilis MMV commissum renuntiare ita ut a die 28 februarii MMXIII, hora 20, sedes Romae, sedes Sancti Petri vacet et Conclave ad eligendum novum

Najdrożsi Bracia,

zawezwałem was na ten Konsystorz nie tylko z powodu trzech kanonizacji, ale także, aby zakomunikować wam decyzję o wielkiej wadze dla życia Kościoła. Rozważywszy po wielokroć rzecz w sumieniu przed Bogiem, zyskałem pewność, że z powodu podeszłego wieku moje siły nie są już wystarczające, aby w sposób należyty sprawować posługę Piotrową.

Jestem w pełni świadom, że ta posługa, w jej duchowej istocie powinna być spełniana nie tylko przez czyny i słowa, ale w nie mniejszym stopniu także przez cierpienie i modlitwę. Tym niemniej, aby kierować łodzią św. Piotra i głosić Ewangelię w dzisiejszym świecie, podlegającym szybkim przemianom i wzburzanym przez kwestie o wielkim znaczeniu dla życia wiary, niezbędna jest siła zarówno ciała, jak i ducha, która w ostatnich miesiącach osłabła we mnie na tyle, że muszę uznać moją niezdolność do dobrego wykonywania powierzanej mi posługi. **Dlatego, w pełni świadom powagi tego aktu, z pełną wolnością, oświadczam, że rezygnuję z posługi Biskupa Rzymu, Następcy Świętego Piotra, powierzanej mi przez Kardynałów 19 kwietnia 2005 roku, tak, że od 28 lutego 2013 roku, od godziny 20.00, stolica Rzymska, Stolica św.**

²⁰ Tekst opublikowany drukiem był sygnowany datą 10 lutego 2013 roku.

Summum Pontificem ab his quibus competit convocandum esse (podkr. red.).

Fratres carissimi, ex toto corde gratias ago vobis pro omni amore et labore, quo mecum pondus ministerii mei portastis et veniam peto pro omnibus defectibus meis. Nunc autem Sanctam Dei Ecclesiam curae Summi eius Pastoris, Domini nostri Iesu Christi confidimus sanctamque eius Matrem Mariam imploramus, ut patribus Cardinalibus in eligendo novo Summo Pontifice materna sua bonitate assistat. Quod ad me attinet etiam in futuro vita orationi dedicata Sanctae Ecclesiae Dei toto ex corde servire velim.

Piotra, będzie zwolniona i będzie konieczne, aby ci, którzy do tego posiadają kompetencje, zwołali Konklawe dla wyboru nowego Najwyższego Kapłana (podkr. red.).


Najdrożsi Bracia, dziękuję wam ze szczerego serca za całą miłość i pracę, przez którą nieśliście ze mną ciężar mojej posługi, i proszę o wybaczenie wszelkich moich niedoskonałości. Teraz zawierzamy Kościół święty opiece Najwyższego Pasterza, naszego Pana Jezusa Chrystusa, i błagamy Jego najświętszą Matkę Maryję, aby wspomagała swoją matczyną dobrocią ojców Kardynałów w wyborze nowego Papieża. Jeśli o mnie chodzi, również w przyszłości będę chciał służyć całym sercem, całym oddanym modlitwie życiem, świętemu Kościołowi Bożemu.

Ex Aedibus Vaticanis, die 10 mensis februarii MMXIII

BENEDICTUS PP. XVI

Cz. II
NORMY SPECJALNE DOTYCZĄCE SEDE VACANTE I WYBORU BISKUPA RZYMSKIEGO
WYDANE W LATACH 1904-1975

[Uwzględniono wyłącznie podstawowe normy specjalne przywołane w Konstytucji Apostolskiej Jana Pawła II *Universi Dominici Gregis*]



1.
Constitutio Pii PP. X
Vacante Sede Apostolica
25 Decembris 1904

* * *

Źródło: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III (1908).

* * *

Vacante Sede Apostolica, illud gravissimum sanctissimumque est, summum dominici gregis pastorem et caput, ad catholicam Ecclesiam provide solerterque regendam, eligere, qui in beati Petri locum succedens, Christi Iesu in terris personam gerat. Quod cum intelligerent Romani Pontifices Decessores Nostri, eo quavis aetate vigilem curam sedulamque cogitationem contulerunt ut ille modus et ordo in eligendo adhiberetur, qui rei gravitati aptius congruentiusque responderet. Qua de causa plures ex re et tempore ab iis sapientissimae editae sunt leges ut negotium ipsum rite, legitime expediteque absolveretur: quas inter principem obtinent locum Constitutiones a Pio IV, Gregorio XV et Clemente XII opportune sancitae.

Verum, decursu aetatum, factum est ut hae de Romano eligendo Pontifice indictae ac promulgatae leges sensim multiplici varioque numero augerentur: nonnullae etiam, temporum rationibus hominumque moribus mutatis, obsoletae evaderent: ita ut haud exigui laboris esse videatur discernere quatenus in Summo Pastore eligendo servanda sint.

Nos igitur, hoc incommodum praevertere volentes, quae de Romano Pontifice eligendo a Decessoribus Nostri decreta sunt, omnia in unam Constitutionem digerere opportunum duximus, integris, quantum fieri potuit, servatis ipsis priorum Constitutionum praescriptis, quin etiam verbis (licet haud semper uniformi stilo respondentibus), quae veneranda vetustas sancivit, nonnullis tamen mutatis, prouti opportunius Nobis visum est.

Itaque, re din ac mature perpensa, certa scientia et proprio motu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, hanc Constitutionem, quae perpetuo in futurum vigeat, edere statuimus, qua Sacrum Cardinalium Collegium, Romana Petri Sede vacante, atque in Romano Pontifice eligendo unite utatur, eamque vim legis habere solam decernimus, abrogatis Constitutionibus ac Decretis omnibus et singulis a Romanis Pontificibus hac de re editis, etiam in Conciliis generalibus promulgatis et in corpore iuris conclusis: excepta tamen Nostra Consitutione **Commissum Nobis**, diei xx mensis Ianuarii labentis anni, de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis, et Constitutione **Praedecessores Nostri** cum **Instructione** (vulgo **Regolamento**) adiuncti, a fel. rec. Leone XIII die xxv mensis Maii DCCCLXXXII data pro extraordinariis perturbatisque

temporum adiunctis, quam in futurum quoque, ubi in iisdem Sedes Apostolica conditionibus versetur, praeter ea quibus hac Constitutione derogatum est, vigere integram volumus.

TITULUS I. DE SEDE APOSTOLICA VACANTE

CAPUT I. De potestate S. Collegii Cardinalium, Sede Apostolica vacante

1. Sedis Apostolicae vacatione durante, S. Collegium Cardinalium in iis, quae ad Pontificem Maximum dum viveret pertinebant, nullam omnino potestatem aut iurisdictionem habeat, neque gratiam, neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur (1). Itaque irritum et inane esse decernimus quicquid potestatis aut iurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis (nisi quatenus in hac Nostra Constitutione expresse permittatur) coetus ipse Cardinalium duxerit (eadem vacante Ecclesia) exercendum (2).
2. Item praecipimus, ne S. Cardinalium Collegium de iuribus Sedis Apostolicae Romanaeque Ecclesiae quomodolibet disponere valeat, neque in quapiam iuribus eiusdem sive directe detrahere attentet, sive indirecte per conniventiae speciem, seu per dissimulationem facinorum adversus eadem iura, etiam post obitum Pontificis seu vacationis tempore, perpetrare, attentare videatur, immo volumus ut omnium virium contentione eadem custodire et defendere debeat (3).
3. Leges a Romanis Pontificibus latae, per coetum Cardinalium Romanae Ecclesiae, ipsa vacante, corrigi, vel immutari nullo modo possunt, nec quicquid eis detrahi sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsas seu aliquam earum partem. Quod potissimum valet de Constitutionibus pontificis, ad ordinandum negotium electionis Romani Pontificis latis (4).
4. Si quae tamen dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, vel etiam circa rationem, iuxta quam ad usum ea traduci debeat, sive super quovis alio Nostrae huius Constitutionis capite, edicimus ac decernimus unice penes Sacrum Cardinalium Collegium potestatem esse super his ferendi sententiam; quam in rem eidem S. Cardinalium Collegio plenam tribuimus facultatem, qua hanc Nostram Constitutionem interpretari ac dubia declarare valeant. Qua quidem in re, quemadmodum in reliquis, de quibus ad Nostrae huius Constitutionis tramites, excepto ipso electionis actu, deliberari contingat, satis omnino erit si maior congregatorum Cardinalium pars in eandem sententiam consentiat (5).
5. Pariter in casu urgentis negotii, quod, ex voto maioris congregatorum Cardinalium partis, in aliud tempus differri non valeat, S. Collegium, item iuxta maioris partis sententiam, de opportuno remedio disponere potest et debet (6).

CAPUT II.

De Cardinalium Congregationibus

6. Tempore Sedis vacantis duplex habeatur Cardinalium Congregatio, altera generalis, sive totius Collegii, altera particularis, constans tribus Cardinalibus antiquioribus, uno ex quoque Ordine, cum Camerario, quorum officium tertia die post Conclavis ingressum omnino expirat, in eorumque locum tres alii sequentes in Ordine quolibet tertio die una cum eodem Camerario succedunt (7).

7. Volumus ut in dictis Congregationibus particularibus, quae sive ante, sive post coeptum Conclave haberi poterunt, levioris dumtaxat momenti, ac in dies seu passim occurrentia negotia expediantur. Si quid vero gravioris momenti atque indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, seu ad S. Collegium Cardinalium deferatur. Ac ulterius, quae in una Congregatione particulari decreta, resoluta, vel denegata fuerint, in alia revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi ius habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum (8).

8. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus gravioris momenti agatur, non ore, sed suffragiis secretis dentur.

9. Inter generales Congregationes singulari mentione dignae sunt quae ante ingressum in Conclave habentur, eademque Congregationes praeparatoriae appellari possunt.

10. Congregationes generales praeparatoriae quotidie omnino locum habere debent a die obitus Pontificis usque ad diem quo Conclave Cardinales ingrediuntur, etiam diebus, quibus exequiae defuncti Pontificis persolvuntur, idque eo consilio fiat ut liberum sit tum Cardinali Camerario sententiam S. Collegii exquirere atque cum ipso quae necessaria vel opportuna iudicaverit, communicare, tum singulis Cardinalibus sententiam suam circa occurrentia negotia aperire, in rebus dubiis explicationes sciscitari, et opportuna proponere.

11. In memoratis Congregationibus generalibus haec praecipue negotia expedienda sunt (9):

a) In primis Congregationibus integre legendae erunt tum praesens haec, quum superius memoratae Constitutiones **Commissum Nobis** de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis, a Nobis edita, et Leonis XIII **Praedecessores Nostri** cum adiecta Instructione: iisdemque perlectis, iusiurandum ab omnibus Cardinalibus praesentibus iuxta praescriptam formulam [1] praestandum. Quod iusiurandum pariter emittere tenentur omnes alii Cardinales, qui serius ad locum electionis pervenerint, sive nondum sive iam inceptis Comitibus.

b) Cardinales quam cito ea omnia decernere ac disponere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt.

c) Constituendus est dies, hora ac modus, quo corpus defuncti Pontificis transferatur.

d) Item Cardinales omnia opportune paranda curabunt, ut diebus statutis Pontificiae exequiae solvantur.

e) Deputentur duo viri ecclesiastici, qui orationes **De Pontifice defuncto** et **De eligendo Pontifice** recitare debeant.

f) Constituatur dies, quo, si ab ipsis petatur, tum Legatis civilium Regiminum tum Equitibus Ordinis Hierosolymitani S. Collegium conveniendi aditus detur. Praedicti autem Legati nonnisi simul congregati admittantur, neque singulis facultas in posterum concedatur S. Collegium adeundi.

[1] Formula iurisiurandi ab Emis ac Rmis S. R. E. Cardinalibus praestandi:

«Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolabiliter et ad unguem omnes et singulos Nos esse observaturos contenta omnia in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione, quae incipit < Vacante Sede Apostolica >, data die vigesima quinta Decembris anno millesiano nongentestimo quarto; necnon in Constitutionibus < Commissum Nobis > de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis, ab eodem Pio Decimo data die vigesima Ianuarii eiusdem anni millesimi nongentesimi quarti, ac Leonis XIII **Praedecessores Nostri** cum, adiecta Instructione, data die vigesima quarta Maii anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo. Item promittimus, vovemus, et iuramus, quod quolibet ex Nobis in Romanum Pontificem Deo sic disponente, erit assumptus, iura etiam temporalia, praesertim de civili Romani Pontificis principatu, libertatemque Sanctae Sedis integro ac strenue adserere et viriditate nuquam desistet, atque eandem, hanc permissionem et iusiurandum, post eius ad Summi Pontificatus fastigium assumptionem, rursus praestabit.

Praecipue autem promittimus et iuramus, sub poenis in praedicta Pii Decimi Constitutione **Vacante Sede Apostolica** statutis. Nos accuratissime et quoad omnes, etiam familiares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et in iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, nequo secretum praefatum quoquomodo violaturos, sive ipso Conclavi durante, sive etiam posit novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut expressa dispensatio ab eodem futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis praetextu, munus proponendi Veto sive Exclusivam, etiam sub forma simplicis desiderii, esse recepturos, ipsumve hoc Veto, qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directo ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante; nullique interventui, intercessioni, alilve culibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere, auxilium vel favorem praestituros ».

Hanc formulam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iubeat a Praefecto Caeremoniarum elata voce legi. Deinde singuli Cardinales dicent:

« Et Ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo, ac iuro ».

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

« Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia ». -----

g) Nominentur singulares duorum vel trium Cardinalium coetus, vulgo Commissiones: f) pro inquisitione de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione (10), itemque pro eorum designatione, qui Conclavi inservire debeant; _) pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione (11).

h) Proponantur atque approbentur expensae Conclavis.

i) Epistolae Imperatorum, Regum aliorumque civitatum Moderatorum, item Nuntiorum relationes, omniaque alia quae S. Collegii interesse possint, cum ipso communicentur.

k) Perlegantur, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice Sacro Cardinalium Collegio relicta.

l) Prangantur Annulus Piscatoris et Plumbum Cancellariae Apostolicae. Pro-Datarius autem vel Sub-Datarius, et Secretarius Brevium vel eius Substitutus supplicationes gratiarum, quae penes ipsos sunt, sub sigillo clausas Sacro Collegio tradant.

m) Cellae Conclavis Cardinalibus sorte distribuantur (12).

CAPUT III.

De nonnullis peculiaribus officiis, Sede Apostolica vacante.

12. S. R. E. Camerarii et Poenitentiarii Maioris officia non cessant per obitum Pontificis (13).

13. Si autem contingat alterius vel etiam utriusque officii vacatio ante novi Pontificis electionem, tunc Congregatio generalis triduo post secutam vacationem alterutrius ex praefatis officiis habeatur, ac vota seu suffragi Cardinalium simul congregatorum pro deputatione illius, qui Camerarii vel Poenitentiarii Maioris vices suppleat usque ad electionem novi Pontificis, exquirantur, denturque per schedulas secretas, a Magistris Caeremoniarum etiam ab infirmis Cardinalibus colligendas, ac coram tribus Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus, praesentibus eisdem Caeremoniarum Magistris atque S. Collegii Secretario, aperiendas; isque deputatus habeatur, in quem pars relative maior votorum seu suffragiorum praefatorum convenerit, ac sic deputato facultates omnes, quas ipse Camerarius vel Poenitentiarius Maior exercere poterat, quamdiu Sedes vacaverit, attribuimus (14). Quod si forsitan vota paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit ordine dignior, vel, si eiusdem ordinis, senior.

14. Cardinali Camerario, vacante Sede Apostolica, incumbit cura et administratio bonorum ac iurium temporalium ipsius S. Sedis, adsistentibus ei in suo officio Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus seu Capitibus Ordinum, et praehabitis semel pro levioribus, ac semper pro gravioribus negotiis suffragiis S. Collegii. Hinc Cardinalis Camerarius, statim ac a Sacri Palatii Apostolici Praefecto nuncium de Pontificis obitu acceperit, ad Apostolicum Palatium perget, ut ipsius possessionem capiat ac eius regimen exerceat. Eiusdem Camerarii erit Pontificis mortem iute recognoscere atque authenticum mortis actum conticere; statuere, auditis Cardinalibus Capitibus Ordinum, modum ad conservationem corporis defuncti Pontificis pro temporum conditionibus magis convenientem et aptum (nisi forte Pontifex ipse vivens suam hac de re voluntatem manifestaverit); privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere; ipse obitum cum Cardinali in Urbe Vicario communicare, qui de re Populum Romanum singulari Edicto edocebit; eaque omnia, nomine et consensu S. Collegii, curare, quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad ipsius administrationem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt (15).

15. Cardinalis autem Sacri Collegii Decani erit, vix dum ab eodem Sacri Palatii Apostolici Praefecto de Pontificis morte fuerit edoctus, ceteris Cardinalibus vacationem Sedis Apostolicae significare, eosque ad Palatium Apostolicum advocare (16).

16. Poenitentiarius Maior eiusque officiales, Sede vacante, ea facere et expedire valeant, quae a fel. rec. Benedicto XIV constituta ac definita sunt (17).

17. Vicecancellarii S. R. E., Prodatarii (18), Secretarii Brevium officia per obitum R. Pontificis omnino expirant.

18. Item per obitum Pontificis cessat munus Cardinalis Secretarii Status, coque munere, Sede vacante, fungitur Praelatus S. Collegii Secretarius. Quod si hoc officium vacare contingat, eiusdem S. Collegii erit, aliquem ad illud, quamdiu scilicet Sedes Apostolica vacaverit, per pluralitatem suffragiorum deputare.

19. E contra Cardinalis in Urbe Vicarii officium et iurisdictio non expirant morte Romani Pontificis. Quod si ipsum Vicarium Urbis, Sede vacante, e vivis decedere contigerit, ne Christifideles Urbis eiusque Districtus aliquod inde accipiant in spiritualibus detrimentum, tunc existens Vicesgerens dicti Vicarii, quamdiu Sedes vacaverit, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, quae eidem Vicario pro exercitio officii Vicariatus quomodolibet competebant, quasque Pontifex ipse, occurrente vacatione Vicariatus Sede plena, Vicesgerenti praedicto quandoque per aliquod tempus, donec scilicet successorem Vicarium deputaverit, attribuere solet (19).

20. Item Legatorum, Nuntiorum ac Delegatorum Apostolicorum officium et potestas non cessant Sede vacante.

21. Probe autem scientes eo maxime tempore, cum de creando Pontifice agitur, divinam opem per assiduas preces, aliaque christianae pietatis et caritatis opera impensius expetendam, ac promereri satagendum esse; ideo sicuti magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem huc usque observatum, ut defuncti Pontificis Eleemosynarius id muneris exercere pergat cum debita S. Collegio Cardinalium subiectione et ab eo dependentia, donec novus Pontifex eligatur, utque eadem pecuniae vis in subventionem eorumdem pauperum et egenorum Sede vacante per ipsum Eleemosynarium dispensetur ac erogetur, quae vivente Pontifice distribui solet, ad quem effectum consueta mandata a tribus Cardinalibus eo tempore in Ordine Prioribus, seu deputatis expediantur (20).

CAPUT IV.

De Sanctis Romanis Congregationibus earumque facultatibus Sede Apostolica vacante

22. Circa facultates Sacrarum Romanarum Congregationum, Sede vacante, hac, quae sequuntur, normae ab omnibus servandae sunt, non obstantibus privilegiis quibusvis.

23. Sacrae Congregationes, eadem Sede vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedire non possunt nisi facto verbo cum Ssmo, vel ex audientia Ssmi, vel vigore specialium et extraordinariorum facultatum, quae a Romano Pontifice earumdem Congregationum Praefectis vel Secretariis concedi solent.

24. Facultates vero quae ipsis per Litteras apostolicas attributae sunt, et proinde tamquam ordinariae atque ipsarum Congregationum propriae censentur, eae morte Romani Pontificis non extinguuntur.

25. Volumus tamen ut his facultatibus ordinariis Sacrae Congregationes solummodo in iis gratiis concedendis, quae minoris momenti sunt, libere, pro rei opportunitate, utantur. In iis vero expediendis definiendisque negotiis quae graviora vel controversa esse videntur, illud statuimus, ut, si res talis sit, quae in aliud tempus differri valeat, futuro Pontifici reservetur omnino: sin autem nullam admittat moram, tunc S. Collegio concedimus ut committere possit negotium Praefecto et aliquot aliis Cardinalibus eius Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum verisimiliter commisisset, qui, negotio accurate discusso, ea desuper decernere possint, per modum tamen provisionis, donec eligatur Pontifex, quae, iuxta datam sibi a Domino prudentiam, iuribus et rationibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis apta et consentanea censuerint (21).

CAPUT V.

De exsequiis Romani Pontificis

26. Romano Pontifice vita functo, Cardinales exsequias pro eius anima de more per novem continuos dies persolvent, nisi forte in illis novem diebus aliquod festum ex praecipuis et magnis incidat, propter cuius observantiam exsequiae intermittendae videantur; tunc enim in numero quidem novem dierum exsequiarum intermissarum dies computantur (22). Tribus vero postremis diebus solemniori ritu exsequias celebrabunt; et ultima earundem exsequiarum die a viro ecclesiastico ad hoc deputato habebitur oratio de Pontifice defuncto.

TITULUS II.

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

CAPUT I.

De electoribus Romani Pontificis

27. Ius eligendi Romanum Pontificem ad S. R. E. Cardinales unice et privative pertinet, excluso prorsus atque remoto quolibet cuiuspiam alterius Ecclesiasticae dignitatis, aut laicae potestatis cuiuslibet gradus et ordinis interventu (23).

28. Si quando contingat ut Romanus Pontifex decedat, perdurante celebratione alicuius Concilii generalis, sive Romae illud habeatur, sive in alio quovis orbis terrarum loco, electio novi Pontificis ab uno S. R. E. Cardinalium Collegio semper et exclusive fieri debet, minime vero ab ipso Concilio, atque etiam omnino exclusis ab eadem electione peragenda quibuslibet aliis personis cuiusvis, licet ipsius Concilii, auctoritate forte deputandis, praeter Cardinales praedictos. Quin imo, ut in eiusmodi electione mermorati Cardinales, omni prorsus impedimento submoto et quavis perturbationum et dissidiorum occasione sublata, liberius et expeditius procedere queant, ipsum Concilium in quibuslibet statu et terminis exsistat, statim ab accepto certo nuntio demortui Pontificis, suspensum ipso iute intelligi debet, adeo ut, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debeat a quibuslibet conventibus, congregationibus et sessionibus, et a quibusvis decretis seu

canonibus conficiendis, nec ob quamlibet causam, etiamsi gravissima et speciali mentione digna videatur, ulterius progredi, donec novus Pontifex canonice electus illud reassumi et continuari iusserit (24).

29. Nullus Cardinalium, cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alius ecclesiastici impedimenti praetextu vel causa a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi ullo modo potest; quae quidem censuras et excommunicationes ad effectum huiusmodi electionis tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus (25).

30. Postquam aliquis S. R. E. Cardinalis in Consistorio creatus fuit, is statim vocem et ius eligendi Pontificem habet, et consequenter etiamsi cardinalitius galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, vel si clausum fuerit, nondum tamen apertura sit. Etenim huiusmodi claudendi oris ritus ad praecipuum Cardinalium facultatem, quae circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinet, sed caeremonia quaedam est, ex de causa introducta, ut Cardinales, antequam in Consistoriis et Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quae ab ipsis in his et aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admonesntur (26).

31. Cardinales canonice depositi, vel qui dignitari cardinalitiae, consentiente Romano Pontifice, renunciaverunt, nullum ius ad electionem habent. Immo, Sede vacante, nec potest S. Collegium restituere et habilitare Cardinales per Papato privatos seu depositos, ne quidem ad vocem (27).

32. Statuimus etiam et declaramus, quod si forte aliquis Cardinalis saltem in Diaconatus ordine constitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat (28), nisi certo et indubitato privilegio Pontificio munitus sit (29).

33. Item statuimus, ut cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, praesentes Cardinales expectare debeant absentes per decem tantummodo dies, quibus exsequiae defuncti Pontificis celebrantur; quibus elapsis, statim Conclave ingredi et ad electionis negotium procedere tenentur (30).

34. Si tamen Cardinales absentes supervenerint, re integra, id est antequam eidem Ecclesiae sit de Pastore provisum, in eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur (31).

35. Omnibus autem Cardinalibus in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, ut, postquam per Cardinalem Decanum, vel ipso impedito, per alium Cardinalem, de vacatione Sedis Apostolicae certiores facti, atque ad novi Pontificis electionem advocati fuerint, nisi legitimo impedimento detineantur, indictionis litteris obtemperare, et ad locum eisdem designatum pro perficienda Pontificis electione statim se conferre debeant (32).

36. Si quis vero forte Conclave intrare noluerit, vel ingressus, absque manifesta infirmitatis causa, iuramento medicorum et a maiori parte Cardinalium approbata, exiverit; tunc, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate superveniente,

aliquem eorum e Conclavi exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si ad Conclave, post sanitatem sibi redditam, seu ante, redire voluerit, rursus admittatur (33).

37. Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent; cui legi si quis non obtemperaverit, latae sententiae excommunicationis poenam incurrat (34).

CAPUT II.

De Conclavistis ac de aliis in Conclavi partem habentibus

38. Quilibet Cardinalis in Conclavi duobus servientibus clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico, contentus sit; infirmis autem et graviter affectis, a maiore parte S. Collegii, vel a Cardinali Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis S. Collegii, tertius indulgeri potest (35).

39. Conclavistae Praelati esse non possunt, neque consanguinei vel affines in primo et secundo gradu Cardinalium, etiamsi expensis eorum viverent, aut eiusdem Ordinis seu Congregationis religiosae. Et de qualitatibus Conclavistarum, Cardinales deputati ante Conclavis ingressum diligenter inquisitionem habere, et eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter inquirere debent (36).

40. Conclavistae iusiurandum, quod ab ipsis iuxta statutam formam (37) edi debet, serio ac religiose, pro rei gravitate, praestent. Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, ut ab ipsis praedictum iusiurandura saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave emittatur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probo intellexerit.

41. Conclavistae vero, et quicumque alii servientes, e Conclavi, ex causa infirmitatis manifestae et notabilie a medicis iuramento probatae, et de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam oneramus, et non aliter exituri, nullo modo reverti possunt; sed eorum loco, alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exhibunt, ingrediantur (38).

42. Item si aliquem Cardinalem in Conclavi vita fungi accidat, ipsius Conclavistae statim e Conclavi exire debent, neque ad alterius Cardinalis famulatum in eodem Conclavi assumi poterunt (39).

43. Sacri Palatii Apostolici Sacrista quoque cum uno vel pluribus (ad S. Collegii arbitrium) Clericis coadiutoribus in officio Sacristae, itemque Magistri Caeremoniarum non plures quam sex Conclave ingrediantur, muneribus quae ad ipsos pertinent vacaturi. Adsit praeterea unus S. Collegii Secretarius tantum, unus Religiosus pro confessionibus excipiendis, duo Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno aut duobus servientibus, qui omnes a maiori parte Cardinalium vela Cardinali Camerario una, simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis Cardinalium, erunt

eligendi; alique Conclavis utilitati atque commoditati servientes, qui tamen plures esse non debent quam quod necessitas postulaverit (40).

CAPUT III.

De ingressu in Conclave (41)

44. Exsequiis defuncti Pontificis (ut supra) persolutis, et interim Conclavi opportune praeparato, Cardinales in Basilicam Sancti Petri, vel alio pro temporis et loci opportunitate conveniunt, ubi per Decanum Sacri Collegii, vel eo impedito per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu Sancto celebratur, et in fine per aliquem Praelatum aut alium virum ecclesiasticum doctum habeatur oratio, qua moneantur, ut, sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum prae oculis habentes, Sanctae Romanae et universali Ecclesiae de Pastore sufficienti et idoneo providere, omni qua possunt brevitate et diligentia curent.

45. Re divina peracta, statim, vel, si Patribus potius libuerit, vespere, fit ingressus in Conclave. Clericus Caeremoniarum capit Crucem Papalem et procedit: quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, postremo Diaconi cum suis cappis violaceis: Crucem praecedunt Familiares Cardinalium, et immediate Cantores Hymnum Veni Creator Spiritus cantantes: post Cardinales sequuntur Praelati, atque ita ordine procedentes, Conclave ingrediuntur, et cum ad Cappellata pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem Deus qui corda fidelium; qua finita, tum praesens quum etiam memoratae Constitutiones **Commissum Nobis** de civili Veto, et Leonis XIII **Praedecessores Nostri** (praetermissis iis, quae nonnisi res im peractas respiciunt) iterum leguntur; ac iusiurandum, iuxta superius praescriptam formam, ab omnibus Cardinalibus rursus emittitur. Deinde Cardinales post brevem sermonem habitum per Decanum, quo eos convenientibus verbis ad electi\onis negotium rite et recte peragendum hortatur, ad cellas sorte inter eos distributas divertunt.

Interim Officiales Conclavis et alii in Conclavi servientes iuramenta iuxta praescriptas formulas praestant coram Caeremoniarum Praefecto vel S. Collegii Secretarie, ad rem deputatis a Cardinali Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum emittendum est. Pariter hac eadem die, qua fit ingressus in Conclave, Praelatus Pontificiae Domui praepositus et Marescallus Conclavis iusiurandum emittere debent iuxta statutas formulas coram Cardinali Decano, praesentibus omnibus Cardinalibus, idemque praestant Praelati, quibus Conclavis custodia concreditur.

46. Tandem, postquam ter iussu Cardinalis Decani, campanula personata fuerit, exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent, ipsum Conclave intus et extra claudatur, et claves S. R. E. Camerario ac Magistro Caeremoniarum et Praelatis custodibus Conclavis iuxta solitum assignentur.

Deinde accensis fanalibus, tres Cardinales Capita Ordinum et Camerarius, una cum Magistro Caeremoniarum latebras et angulos omnes Conclavis diligenter perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit. In Conclavi autem esse

possunt Familiares Cardinalium et alii Officiales et Ministri Conclavis, quos superius recensuimus; omnium autem istorum Conclavistarum recognitio fieri debet, ne quis inter illos forte sit ex iis, qui in Conclavi esse non possunt: quae recognitio ut certius fiat, iubentur Conclavistae omnes intrare Cappellata, et postea singillatim recensentur.

CAPUT IV.

De clausura Conclavis, ac de secreto servando in iis omnibus, quae in Conclavi aguntur

47. Electio Summi Pontificis fieri debet in Conclavi, et eo clauso (42), sublata tamen nullitate electionis a Gregorio XV (vel alio quovis decreto pontificio) hac de re statuta.

48. Tenentur quoque Cardinales pro tempore deputati, per se vel per alios, cellas Cardinalium et alia Conclavis loca saepius visitare et diligenter perquirere, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur et gravibus poenis futuri Pontificis arbitrio plectantur (43).

49. Clauso Conclavi, nulli ad colloquio cum Cardinalibus vel aliis in Conclavi partem habentibus admittantur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia conceditur, et nisi voce et idiomate intelligibili loquantur. Et si quis forte (quod absit) clam ipsum Conclave ingrediatur, omni honore, gradu, atque officio et beneficio ipso facto privatus existat (44).

50. Volumus item ut epistolae, aut cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt (non exceptis ipsis S. R. E. Cardinalibus), tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula S. Collegii Secretarii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis deputati sunt, examini atque inspectioni subiiciantur. Absolute autem omnibus interdiciamus, ne ephemerides quotidianae vel periodicae extra Conclave mittantur. Qui vero contro fecerint, poenae excommunicationis latae sententiae subiaceant (45).

51. Praeterea, uti iato in supm relatis, tam pro S. R. E. Cardinalibus quam pro Conclavistis, iurisiurandi formulis expressum est, severe praecipimus et mandamus ut ab omnibus in Conclavi partem habentibus secretum religiosissime servetur in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et in iis quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Hinc quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, aut alia quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur (46); ita ut hanc legem violantes excommunicationem ipso facto incurrant, a qua, sicut ab alia quavis et contra quoslibet in hac Constitutione imposita et irrogata seu infra imponenda et irroganda poena excommunicationis, a nullo, ne a Maiori quidem Poenitentiario, cuiuslibet facultatis vigore, praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possint (47).

52. Specialiter autem, sub eiusdera excommunicationis poena, Cardinales prohibemus, ne suis Familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque quae in Cardinalium Congregationibus sive ante Conclave sive ipso durante habitis acta vel decreta sint.

53. Insuper praecipimus, graviter onerata ipsorum conscientia, S. R. E. Cardinalibus ut secretum huiusmodi servetur etiam post peractam novi Pontificis electionem, neque ullo raodo ipsum violari liceat, nisi ab eodem Pontifice peculiaris ad hoc facultas aut expressa dispensatio concessa fuerit. Quod praeceptum extendi voluraus ad alios omnes, qui in Conclavi partera habuerunt, si quid forte, bona vel mala fide, de iis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

CAPUT V.

De forma electionis (48)

54. Mane sequenti, post clausum praecedenti nocte Conclave, ac post solitum campanulae sonum, conveniunt Cardinales in eo praesentes, qui infirmitate non sunt impediti, induti super vestem crocea aut mozzeta violacea (quibus vestibus uti debent quandocumque aliquid collegialiter agendum est), ad designatum Sacellum, et ibi celebrata consueta Missa, et facta Cardinalium Communione, ac postea recitato Hymno Veni Creator Spiritus cum oratione de Spiritu Sancto, statim ad negotium electionis procedere debent, quod quidem uno tantum ex tribus, qui infra exponuntur, modis sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subiacet.

55. Primus modus est, qui quasi *per inspirationem* vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter et viva voce Summum Pontificem proclamant; circa quem modum infrascripta notanda sunt.

Primum, haec forma electionis adhiberi potest solum in Conclavi, et eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus et singulis Cardinalibus in Conclavi praesentibus, etiam iis, qui ob infirmitatem in cellis detinentur. Tertio communiter, et nemine eorum dissentiente. Quarto, nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum « eligo » intelligibile voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri. Exemplum autem huius, potest esse huiusmodi. Si quis e Patribus, clauso Conclavi, nullo, ut praefertur, praecedente speciali tractatu, diceret: Reverendissimi Domini, perspecta singulari virtute et probitate Reverendissimi D. N., iudicarem illum eligendum esse in Summum Pontificem, et ex nunc ego ipsum eligo in Papam. Deinde hoc audito, si ceteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam eodem verbo « eligo » intelligibili voce prolato, aut si non potest, in scriptis expresso, eundem N., de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligerent, ipse N. esset canonice electus et verus Papa secundum hanc electionis formam, quae dicitur per inspirationem.

56. Secuudus modus est *per compromissum*, quando scilicet Cardinales ad electionem per hanc formam seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae provideant de Pastore, cuius formae praxis debet esse huiusmodi. Primo omnes et singuli Cardinales in Conclavi clauso praesentes, nemine eorum dissentiente, in. aliquos ex Patribus (i. e. in tres vel quinque vel septem, non in minorem vel maiorem numerum) compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam: « In nomine Domini Amen. Anno etc. mense etc. die etc. Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales omnes et singuli in Conclavi existentes, videlicet N. N. (et singillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, et eligimus per viam procedere compromissi, et unanimiter et concorditer, nemine discrepante, eligimus

compromissarios N. N. et N. Cardinales etc., quibus damus plenariam facultatem et potestatem providendi S. R. E. de Pastore sub hac forma videlicet ». (Hic necesse erit, ut Cardinales Compromittentes exprimant modum et formam, secundum quam Compromissarii debent eligere, et secundum quam electus debet censi verus et legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est an ad hoc ut electio sit valida, prius proponete debeant Sacro Collegio personam ab ipsis nominandam ad Pontificatum, an vero absolute debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam personam; an vero sufficiat, quod duo in unam concordent, et an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, et alia his similia). His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso debet tempus, ad quod usque volunt Cardinales potestatem Compromissarios habere eligendi, et postea subiunguntur haec verba: « Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam praedictam duxerint eligendum », vel alia ad formam Compromissariis praescriptam accommodata.

Secundo, completo huiusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato et clauso se conferunt, et de electione facienda tractant, et debet inter eos praemitti protestatio, quod per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresse ponant. Et haec protestatio necessaria est inter Compromissarios, ut verbis humanis et reverentialibus inter se, sine praeiudicio, uti possint.

Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis praescriptam, et in Conclavi promulgata, electus per huiusmodi viam compromissi, est canonicus et verus Papa.

57. Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quae vocatur *per scrutinium*. Qua in re plenissime confirmamus et renovamus legem iam a Praedecessoribus Nostris sapienter inductam ac per plura deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statutum est ut file tantummodo Romanus Pontifex habendus sit, in queto duae saltem ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium per secreta schedularum suffragia convenerint (49).

Numerus autem suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, ut electio per viam scrutinii valida sit, ita est censendus ut in duabus tertiis partibus suffragium electi non numeretur, nec quisquam, sive scrutinii sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit: electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari (50).

58. Scrutinii autem ritus continet tres actiones: alteram, quae antescrutinium, alterare, quae scrutinium, et tertiam, quae postscrutinium appellari potest.

59. Antescrutinii actus sunt quinque, videlicet: praeparatio schedularum; extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum et Recognitorum per sortem; scriptio schedularum; earum complicatio; obsignatio earumdem.

60. Scheduling praeparatio et distributio ad Magistros Caeremoniarum pertinet, qui eas impressas, ubi fieri poterit, alioquin vivius manu scriptas secundum formam inferius describendam accipient, et singulis Cardinalibus saltem duas vel tres distribuent.

61. Forma autem schedulae, quoad eius figuram attinet, erit altera parte longior, hoc est plus longa, quam lata. Circa ea vero, quae in eisdem schedulis contenta sunt, in anteriori eius parte, quae brevitatis gratia facies nominati potest, tria comprehendi debent. Primo in superiori parte secundum eius latitudinem, duo haec verba Ego Card. cum tanta ad invicem distantia ut inter ipsa, nomen proprium Cardinalis eligentis scribi possit, et paulo inferius bina signa, parvorum hemiciclorum instar confecta., ad loca sigillorum indicanda.

Secundo, in medio continere debet haec verba:

Eligo in Summum Pontificem Reverendissimum Dominum meum D. Cardinalem

Tertio, in parte inferiori, alia bina signa, uti supra hemiciclorum instar confecta, ad loca sigillorum similiter demonstranda.

In exteriori autem parte schedularum, quae tergum nominati potest, duo sunt imprimeridi limbi ex illis, quos ad ornatum libroturo impressores adhibent, et vulgati vocabulo fregi nuncupant, quorum primum circa sui medium continet hoc verbum, Nomen, impressum secundum longitudinem ipsius limbi; alterum vero continet hoc verbum, Signa, similiter impressum, ut praecedens. Hi autem limbi excogitati sunt ad obscurandum diaphanum paginarum, ne scilicet ad lumen, nomina et signa eligentium conspici possint; ubi vero impressoris copia non fuerit, limborum defectus lineis suppleri poterit. Sed haec fient clariora per infra positas figuras schedularum.

62. Secundus actus antescrutinii est extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum, et Recognitorum: quae extractio, antequam ad scrutinium procedatur, sorte facienda est, hoc modo. In uno sacco, aut vase, publice ponantur tot schedulae, vel si magis placet, spherulae lignae palam numeratae, quot sunt Cardinales praesentes in Conclavi, cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmary appellari possunt, ac tandem Recognitores, de quorum omnium officio inferius suo loco scribetur. Quod si in extractione Scrutatorum, Infirmary et Recognitorum, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis satisfacere non possint, alii non impediti, loco illorum, extrahantur. Peracta vero extractione, schedulae, seu spherulae eorum, qui extracti fuerunt, in saccum, seu in vas iterum coniiciantur.

63. Tertius actus antescrutinii est schedularum scriptio, quae ab unoquoque Cardinali fiet hoc modo. Primo in superiori parte, in spatio inter verba Ego Card. scribet proprium nomen; deinde in secunda parte nomen illius, quem eligit, caractere tamen, quantum fieri potest, alterato, ne manus scribentis cognosci possit; et caveat ne plura nomina in schedula scribat; quia suffragium esset nullum. In tertia vero parte signa, videlicet numerum aliquem, et dictum aliquod Scripturae seu verbum, aut aliquid huiusmodi, ut in exemplo pro faciliiori intelligentia oculis subiecto, videre est.

64. Quartus actus antescrutinii est schedularum complicatio, quae ut expeditius peragi a Cardinalibus valeat, poterit a Caeremoniarum Magistris, cum eas praeparant, fieri in hunc, qui sequitur modum. Binae fient plicaturae ex utraque parte cuiusque schedulae, ita ut nomen eligentis et signa cum fuerint scripte, maneant tecta ex utraque parte a limbis; delude quod reliquum est ita complicitur ut schedula fere ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata schedula, quae hic exempli gratia ponitur, conspici potest.

EXEMPLUM

Schedulae plicatae

=====

NOMEN

Eligo in Summum Pontificem R. D.

..... (locus ultimae plicaturae). meum D. Card. Baronium.

SIGNA

=====

Ceterum Magistri Caeremoniarum schedulas, non complicatas ut supra, sed explicatas, Cardinalibus distribuent, et Cardinales easdem, postquam ut supra scripserint, complicabunt iuxta plicaturas a Magistris Caeremoniarum paratas.

Secretarius autem S. Collegii et Magistri Caeremoniarum debent ab aula discedere, antequam Cardinales nomen eligendi in schedulis scribere coeperint, ita ut tempore scrutinii Cardinales soli in Cappella remaneant.

Porro, post eorum egressum ex aula, ultimi Cardinalis ordinis Diaconorum erit ostium Cappellae claudere: ac generatim ipsum, quotiescumque opus fuerit, aperire et claudere, exempli gratia, quum Cardinales Infimarii ad vota infirmorum, colligenda. pergunt ac postea quum ad Cappellam redeunt, vel ob quamcumque aliam necessitatem.

65. Quintus et postremus actus antescrutinii est schedularum obsignatio, quae ab unoquoque Cardinali facienda erit in tergo schedularum cum cera rubra et sigillo ad hoc parato. Porro sigillum non debet esse solitum Cardinis, sed aliud, et secrete habitum, et ita simplex ut facile notari possit, veluti si in sigillo sculpantur aut tres numeri, aut tres litterae et numeri, vel una tantum imago.

Haec de antescrutinio sufficiant; ceterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferius suo loco dicetur.

66. Sequitur secunda actio, quae nomine scrutinii appellata fuit. Octo sunt huius actionis actus, videlicet: delatio schedulae, iuramenti praestatio, positio schedulae in calicem, schedularum mixtio, earum numeratio, scrutinii publicatio, schedularum in filum insertio, earum depositio seorsum.

67. Delatio schedulae, et duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexionem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam schedulam, postquam illam scripserit, obsignaverit et complicaverit, duobus primis digitis sumet, ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, et in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus et patena coopertus; ibique genuflectens, aliquantulum orabit: deinde surgens, alta et intelligibili voce, iurabit in hanc formam, quae in tabella super Altari posita descripta habetur:

Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere, quem secundum Deum iudico eligi debere.

Post haec schedulam in parenato ponet, et per patenam mittet in calicem; quo facto inclinabit se ad Altare, et ad suum locum revertetur.

68. Haec servanda erunt si Cardinalis ad Altare pergere possit; nam si ob infirmam valetudinem non possit, et praesens in Cappella sit, ultimus Scrutator ad eum accedet; et Cardinalis infirmus, postquam schedulam in loco suo secrete, ut supra dictum est, confecerit, praevio iuramento praedicto, ipsam obsignatam et complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palam deferet ad Altare, et sine oratione et iuramento in patenam ponet, et per eam in calicem mittet.

69. Si vero aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Cardinales Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in cuius superiori parte sit rima, sen foramen, eius magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palam aperient, ut ceteri Cardinales possint eam inanem et vacuum conspiciere, deinde cludent, et clavem ponent super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, et cum parvo disco sufficientes schedulas continentes, ad unumquemque eorum accedent; et infirmi acceptas ex disco schedulas secrete scribent, obsignabunt et complicabunt, et praevio iam dicto iuramento in capsulam per rimam mittent; quod si infirmi scribere non possint, sive aliquis ex tribus Cardinalibus Infirmariis, sive alius ex ordine tamen clericali, eorum arbitrio deligendus, praestito de secreto servando in manibus Infirmariorum iuramento, praedicta faciet: atque hi advertere debent quod non solum iuramenti vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excommunicationem latae sententiae, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad Cappellam revertentur cum capsula, quam Scrutatores aperient, et schedulas in ea contentas palam numerabunt: et tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, et per patenam simul omnes in calicem.

Ne autem nimis in loriguru protrahatur scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Deeanum conficere et in calicem ponere, deinde duro ceteri Cardinales scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proxime ante dictum est.

70. Quartus actus scrutinii est schedularum permixtio, quae fiet per primum Scrutatorem, calice in quo ipsae schedulae positae fuerunt, patena coopetto, pluries agitato.

71. Quintus actus est numeratio schedularum, quae palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo singillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicero vacuum. Quod si numerus schedularum non respondeat numero Cardinalium, omnes comburendae sunt, et iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum. Si vero numerus schedularum numero Cardinalium respondeat, proseguendi sunt alii actus scrutinii.

72. Sextus actus est publicatio scrutinii, quae per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque intactis sigillis explicabit, et viso in ea schedula electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eandem tradet tertio, qui illam alta et intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales praesentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Cardinalium: notabit

autem iuxta nomen Cardinalis ex schedula recitati. Idem faciendum erit de ceteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam. Quod si in scrutinii publicatione inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas ut ab uno tantum datas fuisse appareat, si quidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae habebuntur et notabuntur pro uno suffragio, si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit; scrutinium tamen neutro casu vitatur. Ceterum suffragia praedicta, finita scrutinii publicatione, a Scrutatoribus iuxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam rediguntur, vel in separato folio notabuntur, hoc modo: Reverendissimus D. Cardinalis A habet suffragia 20, et Reverendissimus D. Cardinalis B habet suffragia 15, et sic de aliis; quod fit ne Cardinales, cum opus est, cogantur semper numerare suffragia, quae iuxta nomina Cardinalium notarunt.

73. Septimus actus scrutinii est schedularum in film insertio, quae ut schedulae ipsae cautius conservari possint excogitata fuit. Haec autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schedulam unamquamque, postquam eam perlegerit, ac cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum Eligo.

74. Octavus et postremus scrutinii actus est depositio schedularum seorsum, quae similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in film, capita fidei nodo iunget, et schedulas omnes ita colligatas in alium calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

75. Sequitur tertia et postrema actio, quae postscrutinium appellata fuit, cuius actus tres sunt, videlicet: numeratio suffragiorum, eorum recognitio, et schedularum combustio.

Primus itaque actus est numeratio suffragiorum, quae fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non: et si quidem secuta non sit electio, ut sciatur quod in eo scrutinio non habetur Papa; si vero secuta sit, at constet de canonica Pontificis electione. Fiet autem haec numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quae quilibet nominatus in Pontificem obtinuit et si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum pervenisse, non habetur Papa in illo scrutinio; si vero invenerint aliquem ex nominatis duas tertias partes suffragiorum obtinuisse, aperient electi schedulam (quam ex sigillis et signis ab ipso electo hoc in casu manifestandis cognoscent), etiam in ea parte, in qua est nomen eligentis; et si quidem ex ea apparuerit electum alii suffragatum fuisse, electio eius erit canonica; si vero constiterit sibi suffragium dedisse, eius electio nulla erit ob defectum unius suffragii.

Secundus actus postscrutinii est recognitio, quae per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet inspiciendo tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per huiusmodi recognitionem constare possit an Scrutatorum sincere et fideliter muneri suo satisfecerint.

Tertius, et postremus actus postscrutinii est combustio omnium schedularum, quae semper et palam per Scrutatores, adiuvantibus Magistris Caeremoniarum, fiet, ac statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non. Si tamen secundum scrutinium, iuxta ea quae inferius praescribentur, peragendum sit, tunc combustio schedularum primi scrutinii non nisi in fine una cum schedulis secundi scrutinii facienda erit.

76. In Praedecessorum Nostrorum, ac praecipue Gregorii XV, Constitutionibus, ad expeditiorem electionem habendam statutum fuerat ut, scrutinio publicato, si electio per

consensum duarum partiuta in eo facta non fuerit, statim antequam ad alios actus deveniretur, Cardinales possent, semel in quolibet scrutinio, accedere alicui ex illis, qui in eodem scrutinio saltem unum suffragium validum obtinuissent, dummodo is non esset, qui ab ipsomet Cardinali fuerat in scrutinio nominatus. Cum tamen huiusmodi forma accessus non parum esset ad exequendum difficilis, praesertim quoad ea, quae schedularum inspectionem, aperitionem et collationem spectabant, Nos et huic incommodo occurrere et nihilominus optatae electionis accelerationi nullimode officere cupientes, statuimus ac praescribimus ut loco ipsius accessus, semel tam mane quam vespere, post completum iuxta huc usque exposita scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales statim ad novum scrutinium peragendum procedere debeant, in quo rursus suffragia sua ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Volumus autem ut in hoc secundo scrutinio iidem ac in primo ritus serventur, ita tamen ut Cardinales non teneantur novum emittere iusiurandum, neque novos eligere Scrutatores, Infirmarios et Recognitores, sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

77. Et haec omnia, quae de scrutiniū ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus scrutiniis, quae singulis diebus peragi debent mane post solitam Missam, et Hymnum Veni Creator Spiritus cum oratione de Spiritu Sancto, et prima quidem tantum die post Cardinalium sacram peractam Communionem; et post meridiem hora opportuna, pariter post Hymnum Veni Creator Spiritus et orationem de Spiritu Sancto (51).

78. Quod si electio aliter celebrata fuerit, quam in scrutinio per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, electi suffragio non computato; vel per viam compromissi ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi praesentibus, nemine dissentiente, initi et ita ut nemo seipsum elegerit; vel quasi per inspirationem, nullo praecedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium praesentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum « eligo » intelligibili voce prolatum aut scripto, si voce non potuerit, expressum; nulla sit et invalida eo ipso absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuat (52).

CAPUT VI.

De iis, quae servanda vel vitanda sunt in electione Romani Pontificis

79. Simoniae crimen, tam divino quam humano iure detestabile, in electione Romani Pontificis omnino sicut reprobatum esse constat, ita et Nos reprobamus atque damnamus (53), huiusque criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus; sublata tamen irritatione electionis simoniacae, quam Deus avertat, a Iulio II (vel alio qualicumque decreto pontificio) statuta, ut praetextus amputetur impugnandi valorem electionis Romani Pontificis.

80. Item sub excommunicationis poena prohibemus ne quis, etiamsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, tractare de ipsius Successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid deliberare et decernere praesumat (54).

81. Quae autem in memorata Nostra Constitutione **Commissum Nobis** de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis ediximus et sanximus, hic omni ex parte atque integre renovantes, confirmata esse volumus. Quamobrem iterum in virtute sanctae obedientiae, sub interminatione divini iudicii et poena excommunicationis latae sententiae, omnes et singulos S. R. E. Cardinales, tam praesentes quam futuros, pariterque Secretarium S. Collegii Cardinalium aliosque omnes in Conclavi partem habentes, prohibemus ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant Veto sive Exclusivam, etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi. Ipsumve hoc Veto, qualibet ratione sibi cognitum, patefaciant sive universo Cardinalium Collegio simul congregato sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directo ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibitionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessionem aliosque modos quoslibet, quibus laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere.

82. Cardinales praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus aliisque quibuscumque obligationibus, quibus adstringi possint ad suffragium alicui vel aliquibus dandum vel non dandum; quae omnia et singula, si de facto intervenerint, etiam iuramento adiecto, nulla et irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri decernimus, et contra facientes ex nunc excommunicationis poena innodamus. Tractatus tamen pro electione habendos, Sede vacante, vetare non intelligimus (55).

83. Pariter interdiciamus ne Cardinales, antequam ad electionem deveniant, capitula conficiant, seu quaedam communi consensu statuunt, ad quorum observantiam sese adstringant, si ad Pontificatum assumantur; quae item, si de facto intervenerint, etiam iuramento adiecto, nulla et irrita declaramus (56).

84. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus, S. R. E. Cardinales vehementer hortamur ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius inclinati gratia aut obsequio, non intercessionem in saeculo potentium, non vi vel metu vel aura populari moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, in eum sua vota conferant, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque gubernandae prae ceteris idoneum in Domino iudicaverint (57).

85. Cum vero fideles non tam humanae industriae subsidiis, etsi sollicitae, inniti debeant, quam in humilis devotaeque orationis instantia sperare, huic adiicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, ceterisque locis saltem insignioribus, ubi primum de Pontificis obitu nuncium pervenerit, a Clero et populo, solemnibus pro eo exsequiis celebratis, singulis diebus (donec Romanae Ecclesiae de suo Pastore fuerit provisum) humiles assidueque preces fundantur ad Dominum, ut Ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, ut provisio celeris, unanimis et utilis (prout animatus salus exigit, et totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum, ignorantiae negligi praetextu contingat, praecipimus ut Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii Ecclesiarum Praelati, ceterique, quibus officium est enuntiare verbum Dei, Clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad

supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda solerter excitent, et ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiae pensandae suaserint) ieiuniorum hortentur (58).

86. Electum vero haeredem et Successorem Nostrum rogamus, ne muneris arduitate deterritus ab eodem subeundo se retrahat, at potius divinae voluntatis consilio humiliter se subiiciat: nam Deus qui imponit onus, manum etiam Ipse supponet, ne ei ferendo sit impar; is enim qui oneris est auctor, Ipse est administrationis adiutor; et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem (59).

CAPUT VII.

De acceptione et proclamarione electionis, nec non de consecratione et coronatione novi Pontificis

87. Post electionem canonice factam consensus electi per Cardinalem Decanum nomine totius S. Collegii requiratur (60).

88. Hoc consensu praestito intra terminum, quatenus opus sit, prudenti arbitrio Cardinalium per maiorem votorum numerum determinandum, illico electus est verus Papa, atque actu plenam absolutamque iurisdictionem supra totum orbem acquirit et exercere potest. Hinc, si quis litteras super negotiis quibuscumque confectas, quae a Romano Pontifice ante coronationem suam emanaverint, audeat impugnare, excommunicationis sententiae innodamus (61).

89. Deinde populo expectanti novus Romanus Pontifex a Priore Diaconorum publicatur (62).

90. Quod si electus nondum sit Presbyter vel Episcopus, a Decano Collegii Cardinalium ordinabitur et consecrabitur (63).

91. Tandem per Decanum Cardinalem Diaconum coronatur (64).

Haec igitur, tota rei causa graviter considerata, atque etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, statuimus et praescribimus, decernentes praesentes has Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel interesse habentes, vel habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Volumus etiam Nostras has Litteras legi coram omnibus in primis Congregationibus post obitum Pontificis haberi solitis, ut supra (n. 11, a); rursus post ingressum in Conclave, ut supra (n. 45); item cum quis ad purpurae honorem fuerit evectus, interposito sacramento de religiose retinendis iis, quae in praesenti Constitutione decreta sunt.

Non obstantibus, quatenus opus sit, per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros editis Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, quas omnes et singulas abrogatas, ut supra, declaramus, ceterisque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis contrariis quibuscumque.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, abrogationis, mandati, innodationis, admonitionis, inhibitionis, praecepti, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo quarto, die vigesima quinta Decembris, Christo Iesu in terris nascenti sacra, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIVS PP. X


NOTES

- (1) Pii IV Const. **In eligendis**, VII Idus Oct. 1562, § 6; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, IV Non. Oct. 1732, § 6.
- (2) Clem. V in Conc. Viennensi, cap. 2 **Ne Romani** in pr. **de elect.** I, 3 in Clem.
- (3) Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**, 24 Maii 1882.
- (4) Clem. V cap. 1 **Ne Romani** in pr. **de elect.** I, 3 in Clem.; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, XVII kal. Decembr. 1621, § 20.
- (5) Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**.
- (6) Greg. X, in gener. conc. Lugdun. cap. 3 **Ubi periculum**, § I **de elect.** I, 6 in Sext.; Pii IV Const. **In eligendis**, § 6.
- (7) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 7; Pii IV Const. **In eligendis**, §§ 7 et 8.
- (8) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 7.
- (9) Clem XII Chirografo **Avendo Noi**, 14 Dec. 1732. n. 17.
- (10) Pii IV Const. **In eligendis**, § 17.
- (11) Pii IV Const. **In eligendis**, §15; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 10.
- (12) Pii IV Const. **In eligendis**, § 13.
- (13) Clem. V cap. 2 **Ne Romani**, § I **de elect.** I, 3 in Clem.; Pii IV Const. **In eligendis**, § 9; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 15.
- (14) Clem. V cap. 2. **Ne Romani**, § 1 **de elect.** I, 3 in Clem.; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 15; Bened. XIV Const. **In Apostolicae**, Idibus Apr. 1744, § 4.
- (15) Cfr. **Regolamento**, Leonis XIII, nn. 3-6.
- (16) Cfr. **Regolamento**, Leonis XIII, nn. 7-8.
- (17) Const. **Pastor bonus**, Idibus Apr. 1714, §§ 51-55.
- (18) Pii IV Const. **In eligendis**, § 11.
- (19) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 17.
- (20) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 25.
- (21) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 18.
- (22) Cfr. **Caeremoniale Greg. XV Decet Romanum**, IV Idus Mart. 1621.
- (23) Pie IX Const. **In hac sublimi**, x kal. Sept. 1871 et **Consulturi**, 10 Oct. 1877; Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**.

- (24) Pii IX Const, **Cum Romanis Pontificibus**, pridie Nonas Decembris 1869.
- (25) Clem. V cap. 2 **Ne Romani**, § 4 **de elect.** I, 3 in Clem.; Pii IV Const, **In eligendis**, § 29; Greg. XV Const, **Aeterni Patris**, § 22.
- (26) Pii V decretum die 26 Ian. 1571; **Caeremoniale Greg. XV**, § **Porro**.
- (27) Bonif. VIII cap un. **de schismatic.** V, 3 in Sext.; Pii IX Litt. **Quamquam**, 29 Sept. 1867.
- (28) Pii IV Const. **In eligendis**, § 25; Sixt. V Const. **Postquam verus**, III Non. Dec. 1586, § 6.
- (29) Cfr. **Caeremoniale Greg. XV**, § Porro.
- (30) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 1 **de elect.** I, 6 in Sext.; Pii IV Const. **In eligendis**, §§ 2, 3, 5.
- (31) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § I **de elect.** I, 6 in Sext.
- (32) Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**.
- (33) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, ' 1 **de elect.** I, 6 in Sext.; Pii IV Const. **In eligendis**, § 4.
- (34) Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 17.
- (35) Pii IV Const. **In eligendis**, § 16.
- (36) Pii IV Cens. **In eligendis**, § 17.
- (37) Formula iurisiurandi a Magistris Caeremoniarum atque ab omnibus aliis Conclavistis ecclesiasticis praestandi, una vei altera die ante ingressum in Conclave, eorum Caeremoniarum Praefecto vel S. Collegii Secretario ad rem deputatis:
- « Ego constitutus coram te tactis per me SS. Dei Evangelii coram me positis, iute et promitto me inviolabile servatum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione deque iis quae in, Conclavi seu in loco electionis aguntur, quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque autu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomolibet ipsum mihi violare liceat, et hoc nedum sub poena excommunicationis latae sententiae, futuro Pontifici speciali modo reservatae, privative etiam quoad S. Poenitentiarum, sed etiam sub poena privationis cuiuscumque benefici, pensionis, officii vel muneris ipso facto incurrendae in casu transgressionis. Quod secretum accuratissimo ac religiose servabo etiam post perastare novi Pontificis electionem, nisi ab cedere Pontifice peculiaris facultas aut expressa dispensatio mihi concessa fuerit.
- Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tange». Formola del giuramento per i Conclavisti ed altri inservienti laici: « Io stando dinnanzi a toccando colle mie proprie mani i Santi Evangelii, giuro e promette che osserverr un inviolabile e rigoroso segreto su tutte e singolo quelle cosse, le quali in qualunque modo venissi a conoscere, riguardanti la elezione del nuovo Pontefice e cir che avverra noi Conclave o nel luogo della elezione, e che non visiere in alcun modo questo segreto, nh direttamente, nh indirettamente, nh con parole, nh con scritti, nh con segni, o in altra qualsiasi guisa; e cio non solo sotto pena di scomunica, riservata in modo speciale al futuro Pontefice, ad esclusione anche della Sacra Penitenzieria, e da incorrersi senz'altra dichiarazione col solo fatto della violazione del giurato segreto, ma anche sotto altro pene anche gravissimo da infliggermisi dalla stessa Santit` Sua in caso di trasgressione. Il segreto io giuro e promette che manterr coscieneiosamente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pontefice, a meno che non mi venga su cir concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facolta.»

« Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangelii, che tocco colle mie mani ».

- (38) Pii IV Const. **In eligendis**, § 24.
- (39) Clem. XII Chirogr. **Avendo noi**, n. 16.
- (40) Pii IV Const. **In eligendis**, § 18; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 13.
- (41) Cfr. **Caeremoniale Greg. XV**.
- (42) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 1 **de elect.** 1, 6 in **Sext.**; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 1.
- (43) Pii IV Const. **In eligendis**, § 15.
- (44) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 1 **de elect.** I, 6 in **Sext.**; Pii IV Const. **In eligendis**, § 19.
- (45) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 1 **de elect.** 1, 6 in **Sext.**; Pii IV Const. **In eligendis**, ' 20; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 11.
- (46) Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 20.
- (47) Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 19.
- (48) Cfr. **Caeremoniale Greg. XV**.
- (49) Alex. III in Concil. Later. cap. 6 **Licet de vitanda**, **de elect.** 1, 6; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 1.
- (50) Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 2.
- (51) Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 17.
- (52) Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 19.
- (53) Iulii II Const. **Cum tam divino**, XIX kal. Febr. 1505.
- (54) Symmachus Papa in Synod. Rom. c. 2 D. 79; Pauli IV Const. **Cum secundum Apostolum**, XVII kal, Ianuar. 1558.
- (55) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 4, **de elect.** I, 6 in **Sext.**; Pii IV Const. **In eligendis**, § 26; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 18.
- (56) Pii IV Const. **In eligendis**, § 3; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 18.
- (57) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 4 **de elect.** I, 6 in **Sext.**; Pii IV Const. **In eligendis**, § 26; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 23; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 5; Pii IX Const. **Licet per Apostolicas**, VI Idus Septembr. 1874; Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**; Pii X Const. **Commissum Nobis**.
- (58) Greg. X cap. 3 **Ubi periculum**, § 5, **de elect.** I, 6 in **Sext.**
- (59) Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**.
- (60) **Caeremoniale Rom.**, lib. I, tit. I, **De Conclavi et Electione Papae**, § 34.
- (61) Clem. V, cap. 4, **de sent. excomm.** V, 10 in **Extravag. comm.**
- (62) **Caeremoniale Rom.**, lib. I, tit. I, **De Conclavi et Electione Papae**, § 35.
- (63) **Caerem. Rom.**, lib. I, tit. II, **De ordin. et consecrat. novi Pontificis**, § 13.
- (64) **Caerem. Rom.**, lib. I, tit. II, **De ordin. et consecrat. novi Pontificis**, § 18.
-



2.

**Letteræ Apostolicæ Motu Proprio datæ Pii PP. XI
De præscriptionibus Constitutionis Piane “Vacante Sede Apostolica”
aliqua ex parte innovandis**

Cum proxime

* * *

Źródło: Acta Apostolicæ Sedis, XIV (1922), pp. 145-146.

* * *

**Motu Proprio
Pius PP. XI**

Cum proxime ex occasione Conclavis, in quo, arcano Dei providentis consilio, ad catholice Ecclesie principatum, nullis Nostris meritis, eveci sumus, omnia, quae ad Apostolicam Sedem vacantem et ad Romani Pontificis electionem pertinent, ad praescripta dirigerentur Constitutionis Apostolicae, quam s. m. decessor Noster Pius X die XXV mensis decembris an. MCMIV ediderat, ipsi -VV. FF. NN. S. R. E. Cardinales in coetibus cotidie habitis, qui Congregationes generales praeparatoriae vocantur, optare se significarunt, ut posthac aliquod eius Constitutionis caput sic mutaretur, quemadmodum rerum temporumque ratio postularet. Itaque, re attente perpensa, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Motu proprio ac certa scientia, haec, quae sequuntur, decernimus atque edicimus:

I. Derogantes iis, quae in Constitutione Pii X *Vacante Sede Apostolica* tit. II, cap. i, n. 33 praescribuntur, ut Cardinalibus, qui longius absunt, fiat Urbem tempore adeundi facultas, decem dierum moram, quae, post diem obitus Summi Pontificis, ad Conclave ineundum dabatur, ad quindecim solidos dies prorogamus; praetereaque Sacro Cardinalium Collegio potestatem facimus ingressus in Conclave etiam per alios duos tresve dies proferendi, ea tamen lege, ut decem et octo ad summum* diebus elapsis, Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingrediantur et ad electionis negotium procedant. Quod vero attinet ad novendialia, servatis iis quae in memoratae Constitutionis tit. I, cap. v, n. 26 leguntur de exsequiis, tribus postremis diebus, sollemniori ritu persolvendis, Cardinales, in primo eorum conventu, praefinient dies, quibus sex priora habenda sint.


II. Quod in eadem Constitutione decernitur tit. II, cap. n, n. 38, ita volumus observari, ut cuilibet Cardinali, quamvis liberum sit duobus servientibus, clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico uti, liceat tamen unum solum eumque laicum in Conclave secum adducere. Quod vero additur de servientibus Cardinali infirmo concedendis, id omnino immutatum esto.

III. Legem, quae de Communionem a Cardinalibus faciendam habetur in Piana illa Constitutione tit. II, cap. V, n. 54, sic novamus, ut liceat cuilibet Cardinali sacrum facere;

qui vero, quavis de causa, se a sacro peragendo abstinuerim is in designato sacello et consueta Missa ad sacram Synaxim accedat.

Iubemus autem Nostras has Litteras Motu proprio datas legi coram omnibus S. R. E. Cardinalibus praesentibus, in prima Congregatione generali, quae post obitum Summi Pontificis habebitur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die i mensis Martii, an. MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.



3.

Constitutio Pii PP. XII

De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione

Vacantis Apostolicæ Sedis

* * *

Źródło: Acta Apostolicæ Sedis, XXXVIII (1946), pp. 65-99.

* * *

Pius Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Vacantis Apostolicæ Sedis disciplinam Romanique Pontificis electionem quæ respicere viderentur disponere ac præscribere, iugiter, sæculorum decursu, Prædecessores Nostri sollemne habuerunt, ac proinde vigilantia cura incumbere et salubribus normis consulere sategerunt pergravi negotio Ecclesiæ divinitus commissio, eligendi videlicet beati Petri Apostolorum Principis Successorem, qui hisce in terris Iesu Christi Domini Nostri et Salvatoris vices gerat universumque dominicum gregem supremus Pastor et Caput pascat et regat.

Cum autem hac de Romano Pontifice eligendo leges, procedentibus temporibus numero auctæ, iam in unum collectæ desiderarentur, cumque nonnullæ, ab rerum vicissitudines, peculiaribus adiunctis minus accommodatæ evasissent, Pius X v. m. Decessor Noster, quadraginta abhinc annis, sapienti consilio eas, opportune selectas, in summam redigere decrevit, celeberrima edita Constitutione Vacante Sede Apostolica, die vigesima quinta Decembris anni millesimi nongentesimi quarti.

Interea vero Pius XI rec. mem. nonnulla huiusmodi Constitutionis capita iam immutanda esse censuit quemadmodum rerum temporumque ratio postulare videbatur; itemque Nos Ipsi animo reputavimus alia quoque, eadem de causa, esse reformanda.

Quapropter, re mature perpensa, certa scientia et de Apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, hanc Constitutionem, quæ eadem est ac illa a Pio X s. m. data, sed passim reformata, edere et promulgare statuimus, "qua --ut verbis utamur eiusdem Prædecessoris Nostri-- Sacrum Cardinalium Collegium, Romana Petri Sede vacante, ac in Romano Pontifice eligendo unice utatur," abrogata idcirco Constitutione Vacante Sede Apostolica, prout a Pio X Decessore Nostro fuerat lata.

Praesentis vero Nostræ Constitutionis capita hæc quæ sequuntur habeantur:

TITULUS I

DE SEDE APOSTOLICA VACANTE

CAPUT I

De potestate S. Collegii Cardinalium, Sede Apostolica vacante

1. Sedis Apostolicae vacatione durante, Sacrum Collegium Cardinalium in iis, quae ad Pontificem Maximum dum viveret pertinebant, nullam omnino potestatem aut iurisdictionem habeat, neque gratiam, neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur. (1) Itaque irritum et inane esse decernimus quidquid potestatis aut iurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificum pertinentis (nisi quatenus in hac Nostra Constitutione expresse permittatur) coetus ipse Cardinalium duxerit (eadem vacante Ecclesia) exercendum. (2)

2. Item praecipimus, ne S. Cardinalium Collegium de iuribus Sedis Apostolicae Romanaeque Ecclesiae quomodolibet disponere valeat, acque in quopiam iuribus eiusdem sive directe detrahare attentet, sive indirecte per conniventiae speciem, seu per dissimulationem facinorum adversus eadem iura, etiam posi obitum Pontificis seu vacationis tempore, perpetratorum, attentare videatur; immo volumus ut omnium virium contentione eadem custodire et defendere debeat. (3)

3. Leges a Romanis Pontificibus latae, per coetum Cardinalium Romanae Ecclesiae, ipsa vacante, corrigi, vel immutati nullo modo possunt, nec quicquam eis detrahi sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsas seu aliquam earum partem. Quod potissimum valet de Constitutionibus pontificiis, ad ordinandum negotium electionis Romani Pontificis latis. (4) Immo si quid contra hoc praescriptum fieri vel attentari forte contigerit, ipsum Suprema Nostra auctoritate nullum et irritum declaramus.

4. Si quae tamen dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, vel etiam circa rationem, iuxta quam ad usum ea traduci debeat, sive super quovis alio Nostrae huius Constitutionis capite, edicimus ac decernimus unice penes Sacrum Cardinalium Collegio potestatem esse super his ferendi sententiam; quam in rem eidem S. Cardinalium Collegio plenam tribuimus facultatem, qua hanc Nostram Constitutionem interpretari ac dubia declarare valeant. Qua quidem in re, quemadmodum in reliquis, de quibus ad Nostrae huius Constitutionis tramites, excepto ipso electionis actu, deliberari contingat, sai is omnino erit si maior congregatorum Cardinalium pars in eadem sententiam consentiat. (5)

5. Pariter in casu urgentis negotii, quod, ex voto maioris congregatorum Cardinalium partis, in aliud tempus differri non valeat, S. Collegium, item iuxta maioris partis sententiam, de opportuno remedio disponere potest et debet. (6)

CAPUT II De Cardinalium Congregationibus

6. Tempore Sedis vacantis duplex habeatur Cardinalium Congregatio, altera generalis, sive totius Collegii, altera particularis, constans tribus Cardinalibus antiquioribus, uno ex quoque Ordine, cum S. R. E. Camerario, quorum officum tertia die post Conclavis ingressum omnino exspirat, in eorumque locum tres alii sequentes in Ordine quolibet tertio die una cum eodem Camerario succedunt. (7)

7. Volumus ut in dictis Congregationibus particularibus, quae sive ante, sive post coeptum Conclave haberi poterunt, levioris dumtaxat momenti, ac in dies seu passim occurrentia negotia expediantur. Si quid vero gravioris momenti atque indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, seu ad S. Collegium Cardinalium deferatur. Ac ulterius, quae in una Congregatione particulari decreta, resoluta, vel denegata fuerint, in aha revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi ius habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum. (8)

8. Cardinalium Congregationes generales in Aedibus Apostolicis Vaticanis habeantur, vel, si rerum adiuncta id postulent, in alio opportuniori loco, iudicio ipsorum Cardinalium, eisque praesit Cardinalis S. Collegii Decanus, vel, ipso impedito, Subdecanus.

9. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus gravioris momenti agatur, non ore, sed secretis calculis dentur.

10. Inter generales Congregationes singulari mentione dignae sunt quae ante ingressum in Conclave habentur, eademque Congregationes praeparatoriae appellari possunt.

11. Congregationes generales praeparatoriae quotidie omnino locum habere debent a die post obitum Pontificis prudenti trium Cardinalium in unoquoque Ordine priorum et S. R. E. Camerarii iudicio statuendo, usque ad diem quo Conclave Cardinales ingrediuntur, etiam diebus, quibus exsequia defuncti Pontificis persolvuntur, idque eo consilio fiat ut liberum sit tñm Cardinali Camerario sententiam S. Collegii exquirere atque cum ipso quae necessaria vel opportuna iudicaverit, communicare, tum singulis Cardinalibus sententiam suam circa occurrentia negotia aperire, in rebus dubiis explicationes sciscitari, et opportuna proponere.

12. In memoratis Congregationibus generalibus haec praecipue negotia expedienda sunt, (9) rerum agendarum ordine prius cum Cardinalibus communicato:

a) In primis Congregationibus integre legenda erit praesens haec Constitutio, eaque perlecta, iusiurandum ab onmibus Cardinalibus praesentibus iuxta praescriptam formulam (10) praestandum. Quod iusiurandum pariter emittere tenentur omnes alii Cardinales, qui serius ad locum electionis pervenerint, sive nondum sive iam inceptis Comitiiis.

b) Cardinales quam cito ea omnia decernere ac disponere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt.

c) Constituendus est dies, hora ac modus, quo corpus defuncti Pontificis in Basilicam S. Petri transferatur, illie de more publicae fidelium venerationi exponendum.

d) Item Cardinales omnia opportune paranda curabunt, ut Pontificiae exsequiae per novero continuos dies persolvantur, et praefinient dies quibus sex priores habendae erunt. (11)

e) Deputentur duo viri ecclesiastici, qui orationes De Pontifice defuncto et De eligendo Pontifice recitare debeant.

f) Constituatur dies, quo, si ab ipsis petatur, tum Legatis civilium Regimmm tum Equitibus Ordinis Hierosolymitam S. Collegium conveniendi aditus detur. Praedicti autem Legati nonnisi simul congregati admittantur, neque singulis facultas concedatur S. Collegium adeundi.

g) Nominentur singulares duorum vel trium Cardinalium coetus, vulgo Commissiones: *) pro inquisitione de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione, (12) itemque pro eorum designatione, qui Conclavi qualibet ratione inservire debeant nec non pro ipsis servitiis ordinandis et moderandis; **) pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione. (13)

h) Proponantur atque approbentur expensae Conclavis.

i) Epistolae Imperatorum, Regum aliorumque civitatum Moderatorum, item Nuntiorum relationes, omniaque alia, quae S. Collegii interesse possint, eum ipso communicentur.

k) Perlegantur, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice Sacro Cardinalium Collegio relicta.

l) Frangantur Annulus Piscatoris et Plumbum Cancellariae Apostolicae.

m) Cellae Conclavis Cardinalibus sorte distribuantur, (14) nisi alicuius Cardinalis aetas vel infirma valetudo aliter suadere videantur.

n) Constituantur dies et hora ingressus in Conclave.

CAPUT III

De nonnullis peculiaribus officiis, Sede Apostolica vacante

13. S. R. E. Camerarii et Poenitentiarii Maioris officia non cessant per obitum Pontificis. (15)

14. Si autem contigerit alterius vel etiam utriusque officii vacatio quo tempore Romanus Pontifex supremum diem obiit, vel contingat ante novi Pontificis electionem, tunc in prima Congregatione generali, in priori casu, vel in alia quae habebitur triduo post secutam vacationem alterutrius ex praefatis officiis, vota seu suffragia Cardinalium simul congregatorum pro deputatione illius, qui S. R. E. Camerari vel Poenitentiarii Maioris vices suppleat usque ad electionem novi Pontificis, exquirantur, denturque per schedulas secretas, a Magistris Caeremoniarum etiam ab infirmis Cardinalibus colligendas, ac coram tribus Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus, praesentibus S. Collegii Secretario atque eisdem Caeremoniarum Magistris, aperiendas; isque deputatus habeatur, in quem maior pars votorum seu suffragiorum praefatorum convenerit, ac sic deputato facultates omnes, quas ipse S. R. E. Camerarius vel Poenitentiarius Maior exercere poterat, quamdiu Sedes vacaverit, attribuimus. (16) Quod si forsan vota paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit Ordine dignior, vel, si eundem Ordinis, senior, optione videlicet ad Ordinem episcopalem, inter Cardinales istius Ordinis, elevatione autem ad sacram purpuram inter Cardinales aliorum Ordinum.

15. Cardinali S. R. E. Camerario, vacante Sede Apostolica, incumbit cura et administratio bonorum ac iurium temporalium ipsius S. Sedis, adsistentibus ei in suo officio Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus seu Capitibus Ordinum, et praehabitis semel pro levioribus, ac semper pro gravioribus negotiis suffragiis S. Collegii. Hinc Cardinalis S. R. E. Camerarius, statim ac a secreti Cubiculi Praefecto nuncium de Pontificis obitu acceperit, ad Apostolicum Vaticanum Palatium perget, ut ipsius possessionem, sicut, sive per se, sive per delegatum, utriusque quoque Palatii ad Lateranum et ad Castrum Gandulphi, capiat ac eorum regimen exercent. Eiusdem Camerarii erit Pontificis mortem iure recognoscere, adstantibus Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae, cum

Secretario-Cancellario, cuius est authenticum mortis actum conticere; (17) statuere, auditis Cardinalibus Capitibus Ordinum, modum ad conservationem corporis defuncti Pontificis pro temporum conditionibus magis convenientem et aptum (nisi forte Pontifex ipse vivens suam hac de re voluntatem manifestaverit); privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere; ipsius obitum cum Cardinali in Urbe Vicario communicare, qui de re Populum Romanum singulari Edicto edocebit; eaque omnia, nomine et consensu S. Collegii, curam, quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad ipsius administrationem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt.

16. Cardinalis autem S. Collegii Decani erit, vix dum ab eodem secreti Cubiculi Praefecto de Pontificis morte fuerit edoctus, ceteris Cardinalibus vacationem Sedis Apostolicae significare, eosque ad Palatium Apostolicum advocare, itemque Pontificis mortem communicare cum exterarum Nationum Oratoribus, nec non cum iis qui ipsarum supremo potiuntur imperio.

17. Poenitentiarius Maior eiusque officiales, Sede vacante, ea facite et expedire valeant, quae a fel. rec. Pio XI constituta ac definita sunt. (18)

18. Cancellari S. R. E. officium per obitum Romani Pontificis non expirat: Apostolicarum tamen sub plumbo Litterarum per eum expeditio, vacante Apostolica Sede, suspenditur. Datarii vero ministerium per eiusdem Pontificis obitum omnino expirat. (19)

19. Item per obitum Pontificis cessat munus Cardinalis Secretarii Status, eoque munere, Sede vacante, fungitur Praelatus S. Collegii Secretarius. Quod si hoc officium iam vacaverit, vel ipsa Sede Apostolica vacante, vacare contingat, eiusdem S. Collegii erit, aliquem ad illud, quamdiu scilicet Sedes Apostolica vacaverit, per pluralitatem suffragiorum deputare.

20. E contra Cardinalis in Urbe Vicarii officium et iurisdictio non exspirant morte Romani Pontificis. Quod si ipsum Vicarium Urbis, Sede vacante, e vivis decedere contigerit, ne Christifideles Urbis eiusque Districtus aliquod inde accipiant in spiritualibus detrimentum, tunc existens Vicesgerens, quamdiu Sedes vacaverit, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, quae eidem Vicario pro exercitio officii Vicariatus quomodolibet competebant, quasque Pontifex ipse, occurrente vacatione Vicariatus Sede plena, Vicesgerenti praedicto quandoque per aliquod tempus, donec scilicet successorem Vicarium deputaverit, attribuere solet. (20)

21. Item Legatorum, Nuntiorum ac Delegatorum Apostolicorum officium et potestas non cessant Sede vacante.

22. Probe antea scientes eo maximo tempore, cum de creando Pontifice agitur, divinam opem per assiduas preces, aliaque christianae pietatis et caritatis opera impensius expetendam, ac promereri satagendum esse; ideo sicuti magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem huc usque observatum, ut defuncti Pontificis Eleemosynarius secretus id muneris exercere pergat eum debita S. Collegio Cardinalium subiectione et ab eo dependentia, donec novus Pontifex eligatur, utque eadem pecuniae vis in subventionem eorundem pauperum et egenorum Sede vacante per ipsum

Eleemosynarium dispensetur ac erogetur, quae vivente Pontifice distribui solet ad quem effectum consueta mandata a tribus Cardinalibus eo tempore in Ordine Prioribus, seu deputatis expediantur. (21)

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Romani Pontificis circa regimen et gubernium Status Civitatis Vaticanae spectat ad S. Cardinalium Collegium, quod tamen leges condere non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore vacationis Sedis, in posterum tantum valituras si novus Pontifex eas confirmare statuerit. (22)

CAPUT IV

De Sacris Romanis Congregationibus et Tribunalium eorum quae facultatibus Sede Apostolica vacante

24. Circa facultates Sacrarum Romanarum Congregationum, Sede vacante, hae, quae sequuntur, normae ab omnibus servandae sunt, non obstantibus privilegiis quibusvis.

25. Sacrae Congregationes, eadem Sede vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedite non possunt nisi facto verbo cum Ssmo. vel ex audientia Ssmi, vel vigore specialum et extraordinarium facultatum, quae a Romano Pontifice earundem Congregationum Praefectis vel Secretiis concedi solent.

26. Facultates vero quae ipsis per Litteras apostolicas attributae sunt, et proinde tamquam ordinariae atque ipsarum Congregationum propriae censentur, eae morte Romani Pontificis non extinguuntur.

27. Volumus tamen ut his facultatibus ordinariis Sacrae Congregationes solummodo in iis gratiis concedendis, quae minoris momenti sunt, libere, pro rei opportunitate, utantur. In iis vero expediendis definiendisque negotiis quae graviora vel controversa esse videntur, illud statuimus ut, si res talis sit, quae in aliud tempus differri valeat, futuro Pontifici reservetur omnino: sin autem nullam admittat moram, tunc S. Collegio concedimus ut committere possit negotium Praefecto et aliquot aliis Cardinalibus eius Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum verisimiliter commisisset, qui, negotio accurate discusso, ea desuper decernere possint, per modum tamen provisionis, donec eligatur Pontifex, quae, iuxta datare sibi a Domino prudentiam, iuribus et rationibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis apta et consentanea censuerint. (23)

28. Tribunal S. R. Rotae et Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae Sede vacante ius dicere pergunt iuxta leges sibi proprias, servatis tamen quae cann. C. I. C., 244 ' 1 et 1603 ' 2 praescripta sunt.

CAPUT V

De exsequiis Romani Pontificis

29. Romano Pontifice vita functo, Cardinales exsequias pro eius anima de more per novem continuos dies persolvent, nisi forte in illis novem diebus aliquod festum ex praecipuis et magnis incidat, propter cuius observantiam exseqmae intermittendae videantur, vel etiam causa quaedam vere gravis et urgens occurrat quae prudenti

Cardinalium iudicio exequiarum ordinem suspendere cogat: exsequiae autem forte intermissae erunt resumendae, si tempus sufficiat. Tribus vero postremis diebus solemniori ritu exsequiae ipsae celebrabuntur; et ultimo earumdem exsequiarum die a viro ecclesiastico ad hoc deputato habebitur oratio *De Pontifice defuncto*;

30. Tumulationis authenticum instrumentum, si ipsa fiat in Basilica Vaticana, Notarius conficiet Capituli eiusdem Basilicae. Postea vero Clericus unus Rev. Camerae Apostolicae nec non delegatus aliquis a Praefecto secreti Cubiculi defuncti Pontificis separatim documenta con ficiant qua fidem peractae tumulationis, primus coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Praefect Cubiculi. (24)

31. Si contingat Romanuni Pontificem extra Urbem supremum diem obire, S. Cardinalium Collegii erit omnia opportune disponere pro digna ac decora translatione cadaveris ad Vaticanam Basilicam S. Petri.

TITULUS II DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

CAPUT I De electoribus Romani Pontificis

32. Ius eligendi Romanum Pontificem ad S. R. E. Cardinales unice et privative pertinet, excluso prorsus atque remoto quolibet cuiuspiam alterius Ecclesiasticae dignitatis, aut laicae potestatis cuiuslibet gradus et ordinis interventu. (1)

33. Si quando contingat ut Romanns Pontifex decedat, perdurante celebratione alicuius Concilii generalis, sive Romae illud habeatur, sive in alio quovis orbis terrarum loco, electio novi Pontificis ab uno S. R. E. Cardinalinm Collegio semper et exclusive fieri debet, minime vero ab ipso Concilio, cuius acta quae quomodocumque privativum ius Sacri Cardinalium Collegii auso temerario labefactare viderentur, ipso iure irrita declaramus, atque etiam omnino exclusis ab eadem electione peragenda quibuslibet aliis personis cuiusvis, licet ipsius Concilii, auctoritate forte deputandis, praeter Cardinales praedictos. Quin imo, ut in eiusmodi electione memorati Cardinales, omni prorsus impedimento submoto et quavis perturbationum et dissidiorum occasione sublata, liberius et expeditius procedere queant, ipsum Concilium in quibuslibet statu et termnis exsistat, statim ab accepto certo nuntio demortui Pontificis, suspensum ipso iure intelligi debet, adeo nt, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debeat a quibuslibet conventibus, congregationibus et sessionibus, et a quibusvis decretis seu canonibus conticiendis, sub poena nullitatis eorumdem, nec ob quamlibet causam, etiamsi gravissima et speciali mentione digna videatur, ulterius progredi, donec novus Pontifex canonice electus illud reassunii et contiuiuari iusserit. (2)

34. Nullus Cardinalium, cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alius ecclesiastici impedimenti praetextu vel causa a Summi Pontificis electione attiva et passiva

excludi ullo modo potest; quas quidem censuras ad effectum huiusmodi electionis irritum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus. (3)

35. Postquam aliquis S. R. E. Cardinalis in Consistorio creatus et publicatus fuit, is statim vocem et ius eligendi Pontificem habet, et consequenter etiamsi cardinalitius galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, rei si clausura fuerit, nondum tamen apertura sit. Etenim huiusmodi claudendi oris ritus ad praecipuam Cardinalium facultatem, quae circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinet, sed caeremonia quaedam est, ea de causa introducta, ut Cardinales, antequam in Consistoriis et Congregationibus suffragiata ferant, de modestia, quae ab ipsis in his et aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur. (4)

36. Cardinales canonice depositi, vel qui dignitati cardinalitiae, consentiente Romano Pontifice, renunciaverunt, nullum ius ad electionem habent. Immo, Sede vacante, nec potest S. Collegium restituere et habilitare Cardinales per Papam privatos seu depositos, ne ad vocem quidem. (5)

37. Statuimus etiam, ut cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, praesentes Cardinales expectare debeant absentes per quindecim tantummodo solidos dies, facta tamen potestate S. Cardinalium Collegio ingressus in Conclave etiam per alios duos tresve dies proferendi, ea tamen lege ut decem et octo ac summum diebus elapsis, (6) quibus exsequiae defuncti Pontificis celebrantur, Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingredi et ad electionis negotium procedere teneantur. (7)

38. Si tamen Cardinales absentes supervenerint, re integra, id est antequam Ecclesiae sit de Pastore provisum, in eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur. (8)

39. Omnibus autem Cardinalibus in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, ut, postquam per Cardinalem Decanum, vel, ipso impedito, per alium Cardinalem, de vacatione Sedis Apostolicae certiores facti, atque ad novi Pontificis electionem advocati fuerint, nisi legitimo impedimento, a S. Cardinalium Collegio recognoscendo, detineatur, indictionis litteris obtemperare, et ad locum eisdem designatum pro perficienda Pontificis electione statim se conferre debeant. (9)

40. Si quis vero forte Conclave intrare noluerit; vel ingressus, absque manifesta infirmitatis causa ramento medicorum et a maiori parte Cardinalium approbata, exiverit; tunc, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate superveniente, aliquem eorum e Conclavi exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si ad Conclave, post sanitatem sibi restituta, seu ante, redire voluerit, rursus admittatur. (10)

41. Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent; cui legi si quis non obtemperaverit, latae sententiae excommunicationis poenam incurrat. (11)

42. Tandem ut normae mm traditae (12) de ratione vestimentorum quibus S. R. E. Cardinales, Sede vacante, uti debent, hic opportune recolantur, haec quae sequuntur sunt animadvertenda. Habitus quem vocant cardinalitium, eadem Sede vacante, violaceus erit et laneus, sicuri et cappa; eiusdemque coloris fascia serica curo floccis aureis, collare, et caligae; rochetum adhibebitur simplex, opere pinnato ornatum, tum in ore, tum in extremis manicis, quod tamen trium centimetrorum altitudinem non excedat; mozzeta sine mantelletto supra rochetum induatur; pileolum et biretum erunt rubri coloris, seri ex lana; galerus usualis rubeus; calcei nigri. Cardinales ex Ordinibus monasticis et mendicantibus assumpti, habitum sibi proprium de more adhibebunt. In Congregationibus generalibus quae ante Conclave celebrantur, Cardinales uti debent rochetto et mozzeta; itemque rochetto et mozzeta durantibus scrutiniis in Conclavi: in sacris functionibus quae Cappellae vocantur, tappare induent.

CAPUT II

De conclavistis ac de aliis in Conclavi partem habentibus

43. Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit duobus servientibus clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico, uti; liceat tamen unum tantum eumque laicum in Conclave secum adducere: (13) infirmis autem et graviter affectis, a maiori parte S. Collegii, vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis S. Collegii, tertius indulgeri potest. (14)

44. Conclavistae Praelati esse non possunt, neque consanguinei vel affines in primo et secundo gradu Cardinalium, etiamsi expensis eorum viverent, neque eiusdem Ordinis seu Congregationis religiosae: iis autem omnibus ne fas esto in Conclavi aliis Cardinalibus deservire, quamvis cum istis nullum sive consanguineitatis sive affinitatis sive religionis habeant vinculum. Et de qualitatibus Conclavistarum, qui integritate morum, singulari prudentia et insigni erga S. Sedem religione debent esse conspicui, Cardinales deputati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere, et eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter inquirere debent. (15)

45. Conclavistae iusiurandum, quod ab ipsis iuxta statutam formulam (16) edi debet, serio ac religiose, pro rei gravitate, praestent. Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, ut ab ipsis praedictum iusiurandum saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave emittatur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probe intellexerit.

46. Conclavistae vero, et quicunque alii servientes, e Conclavi, ex causa infirmitatis manifestae et notabilis a medicis iureiurando probatae, et de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam oneramus, et non aliter exituri, nullo modo reverti possunt; sed eorum loco, si necessitas ferat, alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exhibent, legitime adprobati et admissi, ac iurisiurandi religione iam adstricti, ingrediantur. (17)

47. Item si quem Cardinalem in Conclavi vita fungi accidat, ipsius Conclavistae statim e Conclavi exire debent neque ad alterius Cardinalis famulatum in eodem Conclavi assumi poterunt. (18)

48. S. Collegii quoque Secretarius, itemque Sacri Palatii Apostolici Sacrista cum uno vel pluribus, ad S. Collegii arbitrium, Clericis coadiutoribus in officio Sacristiae, nec non Praefectus Apostolicarum Caeremoniarum et Magistri Caeremoniarum non plures quam sex Conclave ingrediantur, muneribus quae ad ipsos pertinent vacaturi.

49. Adsint praeterea unus Religiosus pro confessionibus exeipiendis, duo Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno aut duobus servientibus, qui omnes a maiori parte Cardinalium vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cu Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis Cardinalium, erunt eligendi; alique Conclavis utilitati atque commoditati servientes, qui tamen plures esse non debent quam quod necessitas postulaverit, (19) quique a Cardinalium Commissione eligentur (cfr. n. 12g).

CAPUT III

De ingressu in Conclave (20)

50. Exsequiis defuncti Pontificis, ut supra, persolutis, et interim Conclavi opportune praeparato, Cardinales, die statuta, in Basilicam Sancti Petri, vel alto pro temporis et loci opportunitate, conveniunt, ubi per Decanum S. Collegii, vel eo impedito per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu Sancto celebratur, et in fine per aliquem Praelatum aut alium virum ecclesiasticum doctum habetur oratio, qua moneantur, ut, sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum prae oculis habentes, Sanctae Romanae et universali Ecclesiae de Pastore sufficienti et idoneo providere, omni qua possunt brevitate et diligentia curent.

51. Re divina peracta, statim, rei, si Patribus potius libuerit, vespere, fit ingressus in Conclave. Magister Caeremoniarum Crucem Papalem ferens, procedit: quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, postremo Diaconi, omnes vestibus et mozzeta violaceis laneis cum fascia serica eiusdem coloris et rochetto simplici induti: Crucem praecedunt Familiares Cardinalium, et immediate Cantores Hymnum Veni, Creator Spiritus cantantes: post Cardinales sequuntur Praelati, atque ita ordine procedentes, Conclave ingrediuntur, et cum ad Cappellatam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem Deus qui corda fidelium; qua finita et ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto intimato extra omnes a Sacello, praesens Constitutio (praetermissis iis, quae nonnisi res iam peractas respiciunt) iterum legitur; ac iusiurandum, iuxta superius praescriptam formam, ab omnibus Cardinalibus rursus emittitur. Deinde Cardinalis Decanus Cardinales omnes brevi sermone convenientibusque verbis ad electionis negotium rite et recte peragendum hortatur.

52. His omnibus absolutis, Praelatus secreti Cubiculi Praefectus, qui est Gubernator Conclavis, et Mareschallus perpetuus S. R. E., qui Conclavis est Custos, iusiurandum emittere debent iuxta statutas formulas coram Cardinali Decano, praesentibus omnibus Cardinalibus, idemque praestant Praelati, quibus Rotarum Conclavis custodia conceditur, videlicet, Archiepiscopi et Episcopi Pontificio Solio Assistentes, Protonotarii Apostolici de numero Participantium, Auditores S. R. Rotae et Praelati Clerici Reverendae Camerae Apostolicae. (22)

53. His expletis, Cardinales ad cellas, sorte inter eos distributas, divertunt, exeeptis Cardinalibus in unoquoque Ordine prioribus et Cardinali S. R. E. Camerario, qui in Sacello remanent ut ad clausuram Conclavis procedant.

Iuterim vero Officiales Conclavis et alii in Conclavi servientes insiurandum iam emissum (cfr. n. 45) iuxta praescriptas formulas iterum praestant coram S. Collegii Secretario, adstante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem deputatis a Cardinali S. R. E. Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum emittendum est. (23)

54. Tanidem postquam ter, iussu Cardinalis Decani, campanula personata fuerit, exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent, facibus accensis, tres Cardinales Capita Ordinum et S. R. E. Camerarius, una cum Secretario Conclavis, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto et Magistris, nec non Architecto Conclavis, latebras et angulos omnes Conclavis diligenter perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit; post haec autem Conclave intus claudatur et claves Cardinali S. R. E. Camerario et Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto concredantur. In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium et alii Officiales et Ministri Conclavis, quos superius recensuimus; omnium autem istorum Conclavistarum recognitio fieri debet, ne quis inter illos forte sit ex iis, qui in Conclavi esse non possunt: quae recognitio, ut certius fiat, iubentur Conclavistae omnes intrare Cappellata, et postea singillatim recensentur.

55. Eodem tempore quo intus, Conclave et extra claudatur a Gubernatore et a Mareschallo Conclavis, cum suo uniuscuiusque comitatu, necnon a Decano Praelatorum Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae cum Secretario-Cancellario, a Cardinali S. R. E. Camerario deputato, cum Magistris Caeremoniarum et Architectis, debitis antea adhibitis diligentis et explorationibus: claves autem Mareschallo-Custodi adsignentur.

56. Utriusque peractae clausurae instrumentum respective conficiatur, unum a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum, a Secretario Conclavis et ab ipso Caeremoniarum Praefecto, Notarii munere fungente, subsignandum, testibus adhibitis duobus Caeremoniarum Magistris; aliud ab aliquo e Praelatis Clericis Rev. Camerae Apostolicae simul cum Secretario-Cancellario a Cardinali S. R. E. Camerario deputatis, et quidem in aedibus Mareschalli Conclavis, adstantibus et subscribentibus ipso Mareschallo, Praelato Gubernatore Conclavis, Commissario Generali eiusdem Conclavis, qui debet esse unus e Collegio Advocatorum Aulae Consistorialis, (24) et Gubernatore Civitatis Vaticanae. (25).

CAPUT IV

De clausura Conclavis, ac de secreto servando in iis omnibus quae in Conclavi aguntur

57. Electio Summi Pontificis fieri debet in Conclavi, et eo clauso, (26) sublata tamen nullitate electionis a Gregorio XV (vel alio quovis decreto pontificio) hac de re statuta.

58. Tenentur quoque Cardinales pro tempore deputati, per se vel per alios, cellas Cardinalium et alia Conclavis loca saepius visitare et diligenter perquirere, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur et gravibus poenis futuri Pontificis arbitrio plectantur. (27)

59. Clauso Conclavi, nulli ad colloquium cum Cardinalibus vel aliis in Conclavi partem habentibus admittantur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia conceditur, et nisi voce et idiomate intelligibili loquantur. Et si quis forte (quod absit) clam ipsum Conclave ingrediatur, omni honore, gradu, atque officio et beneficio ipso facto privatus existat. (28)

60. Volumus item ut epistolae, ant cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt (non exceptis ipsis S. R. E. Cardinalibus), tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula S. Collegii Secretarii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis deputati sunt, examini atque inspectioni subiiciantur. Ab hac regula tamen excipitur litterarum commercium, quod liberum erit atque expeditum, inter Officiumn Sacrae Poenitentiariae et Cardinalem Poenitentiarium Maiorem in Conclavi degentem; eaeque litterae, sigillo Officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae. (29) Absolute autem omnibus interdiciamus, ne ephemerides quotidianae rei periodicae extra Conclave et in Conclave mittantur. Qui vero contra omnia superius enunciata fecerint, poenae excommunicationis latae sententiae subiaceant. (30)

61. Praeterea, uti iam in supra relatis, tam pro S. R. E. Cardinalibus quam pro Conclavistis, iurisiurandi formulis expressum est, severe praecipimus et mandamus ut ab omnibus in Conclavi partem habentibus secretum religiosissime servetur in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et in iis quae in Conclavi, sen in loco electionis agantur. Hinc quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, aut alla quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur, (31) ita ut hanc legem violantes excommunicationem latae sententiae incurrant, a qua, sicut ab alia quavis et contra quoslibet in hac Constitutione imposita et irrogata, seu infra imponenda et irroganda, poena excommunicationis, a nullo, ne a Maiori quidem Poenitentiario, cuiuslibet facultatis vigore, praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possint. (32)

62. Specialiter autem, sub eiusdem excommunicationis poena, Cardinales prohibemus, ne suis Familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque quae in Cardinalium Congregationibus, sive ante Conclave sive ipso durante habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

63. Insuper praecipimus, graviter onerata ipsorum conscientia, S. R. E. Cardinalibus ut secretum huiusmodi servetur etiam post peractam novi Pontificis electionem, neque ullo modo ipsum violari liceat, nisi ab eodem Pontifice peculiaris ad hoc facultas aut expressa dispensatio concessa fuerit. Quod praeceptum extendi volumus ad alios omnes, qui in Conclavi partem habuerunt, si quid forte, bona vel mala fide, de iis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

64. Tandem, ut secreto servando strictius consulatur, omnino prohibemus ne in Conclave introducantur, sub quocumque praetextu, instrumenta quae dieunt telegraphica, telephonica, microphonica, radiophonica, photographica, cinematographica et alla huiusmodi.

CAPUT V
De forma electionis (33)

65. Mane sequenti, post clausum praecedenti nocte Conclave, ac post solitum campanulae sonum, conveniunt Cardinales in eo praesentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad designatum Sacellum, et ibi celebrata consueta Missa, et facta Cardinalium Communione, qui se a Sacro peragendo quavis de causa sponte abstinerint (34) ac postea a Sacrista recitato Hymno Veni, Creator Spiritus cum oratione de Spiritu Sancto, necnon a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum instrumentis perlectis utriusque Conclavis clausurae, statim ad negotium electionis procedere debent, quod quidem uno tantum ex tribus, qui infra exponuntur, modis sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subiacet.

66. Primus modus est, qui quasi per inspirationem vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter et viva voce, libere ac sponte Summum Pontificem proclamant; circa quem modum infrascripta notanda sunt.

Primum, haec forma electionis adhiberi potest solum in Conclavi, et eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formare ab omnibus et singulis Cardinalibus in Conclavi praesentibus, etiam iis, qui ob infirmitatem in cellis detinentur. Tertio, communiter, et nemine eorum dissentiente. Quarto, nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum "eligo" intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri. Exemplum autem huius, potest esse huiusmodi. Si quis e Patribus clauso Conclavi, nullo, ut praefertur, praecedente speciali tractatu, diceret: "Reverendissimi Domini, perspecta singulari virtute et probitate Reverendissimi Domini N. iudicarem illum eligendum esse in Summum Pontificem, et ex nunc ego ipsum eligo in Papam." Demde hoc audito, si ceteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam eodem verbo "eligo" intelligibili voce prolato, aut, si non potest, in scriptis expresso, eundem N., de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligerent, ipse N. esset canonice electus et verus Papa secundum hanc electionis formam, quae dicitur per inspirationem.

67. Secundus modus est per compromissum, quando scilicet in quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, Cardinales ad electionem per hanc formare seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae provideant de Pastore, cuius formae praxis debet esse huiusmodi. Primo omnes et singuli Cardinales in Conclavi clauso praesentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus (i.e. in tres vel quinque vel septem, non in minorem vel maiorem numerum) compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam: "In nomine Domini, Amen. Anno etc. mense etc. die etc. Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales omnes et singuli in Conclavi existentes, videlicet N. N. (et singillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, et eligimus per viam procedere compromisi, et unanimiter et concorditer nemine discrepante, eligimus compromissarios N., N. et N. Cardinales, etc., quibus damus plenariam facultatem et potestatem providendi S. R. E. de Pastore sub hac forma videlicet" (Hic necesse erit ut Cardinales Compromittentes exprimant modum et formam secundum quam Compromissarii debent eligere, et secundum quam electus debet censi verus et legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est an ad hoc ut electio sit valida, prius proponere debeant S. Collegio personam ab ipsis nonfinandam ad Pontificatum, an vero absolute debeant

electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam personam; an vero sufficiat, quod duo in unam concordent, et an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, et alia his similia). His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso debet tempus, ad quod usque volunt Cardinales potestatem Compromissarios habere eligendi, et postea subiunguntur haec verba: "Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam praedictam duxerint eligendam," vel alla ad formam Compromissariis praescriptam accommodata.

Secundo, completo huiusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato et clauso se conferunt, et de electione facienda tractant, et debet inter eos praemitti protestatio, quod per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresse ponant. Et haec protestatio necessaria est inter Compromissarios, ut verbis humanis et reverentialibus inter se, sine praeiudicio, uti possint.

Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis praescriptam, et in Conclavi promulgata, electus per huiusmodi viam compromissi, est canonicus et verus Papa.

68. Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quae vocatur per scrutinium. Qua in re plenissime confirmamus legem iam latam ac per plura deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statutum est ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribus partibus suffragiorum, (35) eandem tamen modo innovamus quatenus decernimus ut duabus ex tribus suffragiorum partibus unum insuper addatur suffragium, alioquin electio sit ipso iure nulla atque irrita, ita ut ille tantummodo Romanus Pontifex habendus sit in quem duae saltem ex tribus partibus Cardinalium, uno plus, in Conclavi praesentium per secreta schedularum suffragia convenerint.

Quod autem decretum inducendum et observandum iubemus ut quaelibet praecaveatur occasio dubitandi ne in duabus tertiis partibus suffragiorum suffragium ipsius Electi numerari queat, eum nemo unquam sive scrutinii sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit: electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari. (36)

69. Scrutinii autem ritus continet tres actiones: alteram, quae ante-scrutinium, alteram, quae scrutinium, et tertiam, quae post-scrutinium appellari potest.

70. Antescrutinii actus sunt quatuor, videlicet: praeparatio schedularum; extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum et Recognitorum, per sortem; scriptio schedularum; earum complicatio.

71. Schedularum praeparatio et distributio ad Magistros Caeremoniarum pertinet, qui eas singulis Cardinalibus saltem duas vel tres distribuent.

72. Forma autem schedulae, quoad eius figurare attinet, erit altera parte latior hoc est plus lata, quam longa. In medio autem anterioris eius partis, continere debet haec verba, typis impressa, ubi fieri potest, alioquin unius manu scripta:

Eligo in Summum Pontificem Reverendissimum Dominum meum D. Cardinalem.

.....

73. Secundus actus antescrutinii est extracatio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum, et Recognitorum: quae extractio, antequam ad scrutinium procedatur, sorte facienda est, hoc modo. In uno sacculo, aut vase, publice ponantur tot schedulae, vel si magis placet, spherulae ligneae palam numeratae, quot sunt Cardinales praesentes in Conclavi cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellari possunt, ac tandem Recognitores, de quorum omnium officio inferius suo loco scribetur. Quod si in extractione Scrutatorum, Infirmariorum et Recognitorum, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis satisfacere non possint, alii non impediti, loco illorum, extrahantur. Peracta vero extractione, schedulae, seu spherulae eorum, qui extracti fuerunt, in sacculum, seu in vas iterum coniiciantur.

74. Tertius actus antescrutinii est schedularum scriptio. Hic, antequam, videlicet, Cardinales nomen eligendi in schedulis scribere coeperint, Secretarius S. Collegii et Magistri Caeremoniarum debent ab aula discedere, ita ut tempore scrutinii Cardinales soli in Cappella remaneant.

Porro, post eorum egressum ex aula, ultimi Cardinalis ordinis Diaconorum erit ostium Cappellae claudere: ac generatim ipsum, quotiescumque opus fuerit, aperire et claudere, exempli gratia, quum Cardinales Infirmarii ad vota infirmorum colligenda pergunt ac postea quum ad Cappellam redeunt, vel ob quamcumque aliam necessitatem.

75. Schedularum scriptio ab unoquoque Cardinali secreto fiet, in media parte schedulae scribendo nomen illius, quem eligit, caractere tamen, quantum fieri potest, alterato, ne manus scribentis facile cognosci possit; et caveat ne plura nomina in schedula scribat, quia suffragium esset nullum.

76. Quartus actus antescrutinii est schedularum complicatio, quae fiet in medio uniuscuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex figura, quae hic exempli gratia ponitur, conspici potest. (37)
Haec de antescrutinio sufficiant; ceterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferius suo loco dicitur.

77. Sequitur secunda actio, quae nomine scrutinii appellata fuit. Octo sunt huius actionis actus, videlicet: delatio schedulae, iurisiurandi praestatio, positio schedulae in calicem, schedularum mixtio, earum numeratio, scrutinii publicatio, schedularum in filum insertio, earum depositio seorsum.

78. Delatio schedulae, et duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexionem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis, ordine praecedentiae servato, propriam schedulam, postquam illam scripserit et complicaverit, duobus primis digitis dexteræ manus sumet, ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, et in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus et patena coopertus; ibique genuflectens, aliquantulum orabit; deinde surgens, alta et intelligibili voce, iurabit in hanc formam, quae in tabella super Altari posita descripta habetur:

Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere, quem secundum Deum iudico eligi debere.

Post haec schedulam in patenam ponet, et per patenam mittet in calicem; quo facto inclinabit se ad Altare, et ad suum locum revertetur.

79. Haec servanda erunt, si Cardinalis ad Altare pergere possit: nam si ob infirmam valetudinem non possit, et praesens in Cappella sit, ultimus Scrutator ad eum accedet; et Cardinalis infirmus, postquam schedulam in loco suo, secreto, at supra dictum est, confecerit, praevio iureiurando praedicto, ipsam complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palam deferet ad Altare, et sine oratione et iureiurando in patenam ponet, et per eam in calicem mittet.

80. Si vero aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Cardinales Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in cuius superiori parte sit rima, seu foramen, eius magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palam aperient, ut ceteri Cardinales possint eam inanem et vacuum conspicer, deinde cludent, et clavem ponent super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, et cum parvo disco sufficientes schedulas continente, ad unumquemque eorum accedent; et infirmi acceptas ex disco schedulas secreto scribent et complicabunt, et praevio iam dicte iureiurando in capsulam per rimam mittent; quod si infirmi scribere non possint, sive aliquis ex tribus Cardinalibus Infirmariis, sive alius ex ordine tamen clericali, cuiuslibet Cardinalis infirmi vel Infirmariorum arbitrio deligendus, praestito de secreto servando in manibus ipsorum Infirmariorum iureiurando, (38) praedicta faciet: atque hi advertere debent quod non solum iurisiurandi vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excommunicationem latae sententiae, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad Cappellam revertentur cum capsula, quam Scrutatores aperient, et schedulas in ea contentas palam numerabunt: et tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, et per patenam simul omnes in calicem.

Ne autem nimis in longum protrahatur scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas posi Decanum conficere et in calicem ponere, delude dum ceteri Cardinales scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proxime ante dictum est.

81. Quartus actus scrutinii est schedularum permixtio, quae fiet per primum Scrutatorem, calice in quo ipsae schedulae positae fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

82. Quintus actus est numeratio schedularum, quae palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo singillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicem vacuum. Quod si numerus schedularum non respondeat numero Cardinalium, omnes comburendae sunt, et iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum. Si vero numerus schedularum numero Cardinalium respondeat, proseguendi sunt alii actus scrutinii.

83. Sextus actus est publicatio scrutinii, quae per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque explicabit, et viso in ea schedula electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter,

eodem electi nomine perspecto, eandem tradet tertio, qui illam alta et intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales praesentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Cardinalium: notabit autem iuxta nomen Cardinalis ex schedula recitati. Idem faciendum erit de ceteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam. Quod si in scrutinii publicationes inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas ut ab uno tantum datas fuisse appareat, si quidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae habebuntur et notabuntur pro uno suffragio, si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit; scrutinium tamen neutro casu vitatur. Ceterum suffragia praedicta, finita scrutinii publicatione, a Scrutatoribus iuxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigentur, vel in separato folio notabuntur, hoc modo: Reverendissimus D. Cardinalis A habet suffragia 20, et Reverendissimus D. Cardinalis B habet suffragia 15, et sic de aliis; quod fit ne Cardinales, cum opus est, cogantur semper numerare suffragia, quae iuxta nomina Cardinalium notarunt.

84. Septimus actus scrutinii est schedularum in filum insertio, quae ut schedulae ipsae cautius conservari possint excogitata fuit. Haec autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schedulam unamquamque, postquam eam perlegerit, ac eum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum Eligo.

85. Octavus et postremus scrutinii actus est depositio schedularum seorsum, quae similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo iunget, et schedulas omnes ita colligatas in alium calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

86. Sequitur tertia et postrema actio, quae postscrutinium appellata fuit, cuus actus tres sunt, videlicet: numeratio suffragiorum, eorum recognitio, et schedularum combustio.

Primus itaque actus est numeratio suffragiorum, quae fiet per Scrutatores semper sive secuta sit electio, sive non: et si quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quod in eo scrutino non habetur Papa; si vero secuta sit, ut constet de canonica Pontificis electione. Fiet autem haec numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quae quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, et si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, pervenisse, non habetur Papa in illo scrutino; si vero invenerint aliquem ex nominatis duas saltem tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, obtinuisse, electio Papae habetur, et quidem canonice valida.

Secundus actus postscrutinii est recognitio, quae per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet inspiciendo tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per huiusmodi recognitionem constare possit an Scrutatores sincere et fideliter muneri suo satisfecerint.

Tertius, et postremus actus postscrutinii est combustio omnium schedularum, quae semper et palam per Scrutatores fiet, statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non, antequam Cardinales discedant ab aula, arcessitis interim ab ultimo Cardinali Diacono, et adiuvantibus, Secretario Conclavis et Praefecto cum Magistris Caeremoniarum. Si tamen secundum scrutinium, iuxta ea quae inferius praescribentur, peragendum sit, tunc combustio schedularum primi scrutinii nonnisi in fine una cum schedulis secundi scrutinii facienda erit.

87. Omnibus et singulis Cardinalibus in virtute sanctae oboedientiae praecipimus ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, una cum schedulis comburendas tradant.

88. In Praedecessorum Nostrorum, ac praecipue Gregorii XV, Constitutionibus, ad expeditiorem electionem habendam statutum fuerat ut, scrutinio publicato, si electio per consensum tunc duarum tantum partium in eo facta non fuerit, statim antequam ad alios actus deveniretur, Cardinales possent, semel in quolibet scrutinio, accedere alicui ex illis, qui in eodem scrutinio saltem unum suffragium validum obtinuissent, dummodo is non esset, qui ab ipsomet Cardinali fuerat in scrutinio nominatus. Cum tamen huiusmodi forma accessus non parum esset ad exequendum difficilis, praesertim quoad ea, quae schedularum inspectionem, aperitionem et collationem spectabant, immo cum in praesens, attenta nova schedularum forma per Nos inducta, fere impossibilis evaderet, Nos, Praedecessoris Nostri Pii X ordinationem confirmantes, qui et huic incommodo occurrere et nihilominus optatae electionis accelerationi nullimode officere cupiit, iterum statuimus ac praescribimus ut loco ipsius accessus, semel tam mane quam vespere, post completum iuxta huc usque exposita scrutinium, si quidem in eo scruta non sit electio, Cardinales statim ad novum scrutinium peragendum procedere debeant, in quo rursus suffragia sua ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Volimus autem ut in hoc secundo scrutinio idem ac in primo ritus serventur, ita tamen ut Cardinales non teneantur novum emittere iusiurandum, neque novos eligere Scrutatores, Infirmarios et Recognitores, sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

89. Et haec omnia, quae de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus scrutiniis, quae singulis diebus peragi debent mane post solitam Missam, et Hymnum Veni, Creator Spiritus cum oratione de Spiritu Sancto, et post meridiem, hora opportuna, pariter post Hymnum Veni, Creator Spiritus et orationem de Spiritu Sancto. (39)

90. Quod si electio aliter celebrata fuerit, quam in scrutinio per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, uno insuper addito suffragio; vel per viam compromissi ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi praesentibus, nemine dissentiente, initi et ita ut nemo seipsum elegerit; vel quasi per inspirationem nullo praecedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium praesentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum "eligo" intelligibili voce prolatum aut scripto, si voce non potuerit, expressum; nulla sit et invalida eo ipso absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuat. (40)

91. Quae de praecedentibus electionem et de ipsa electione Romani Pontificis hactenus dicta sunt, haec omnia servanda esse declaramus etiam si contingat vacationem Sedis Apostolicae occurrere per renuntiationem Summi Pontificis.

CAPUT VI

De iis, quae servanda vel vitanda sunt in electione Romani Pontificis

92. Simoniae crimen, tamò divino quam humano iure detestabile, in electione Romani Pontificis omnino sicut reprobatum esse constat, ita et Nos reprobamus atque damnamus, (41) huiusque criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus; sublata tamen irritatione electionis simoniacae, quam Deus avertat, a Iulio II (vel alio qualicumque decreto pontificio) statuta, ut praetextus amputetur impugnandi valorem electionis Romani Pontificis.

93. Item sub eadem poena excommunicationis latae sententiae prohibemus ne quis, etiamsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, tractare de ipsius Successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid deliberare et decernere praesumat. (42)

94. Quae autem a Praedecessoribus Nostri et praesertim a Pio X (43) de civili Veto seu Exclusiva, uti vocant, in electione Summi Pontificis edicta et sancita fuerunt, ut omni externo interventu remoto, plenae libertati in Summo Pastore eligendo consulatur, ea omnia, hic omni ex parte atque integre renovantes, confirmata esse volumus. Quamobrem item in virtute sanctae oboedientiae, sub interminatione divini iudicii et poena excommunicationis latae sententiae, omnes et singulos S. R. E. Cardinales, tam praesentes quam futuros, pariterque Secretarium S. Collegii Cardinalium aliosque omnes in Conclavi partem habentes, prohibemus ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant Veto sive Exclusivam, etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, ipsumve hoc Veto, qualibet ratione sibi cognitum, patefaciant sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibitionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessionem aliosque modos quoslibet, quibus laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere.

95. Cardinales praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus aliisque quibuscumque obligationibus, quibus adstringi possint ad suffragium alicui vel aliquibus dandum vel non dandum; quae omnia et singula, si de facto intervenerint, etiam iureiurando adiecto, nulla et irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri decernimus, et contra facientes ex nunc latae sententiae excommunicationis poena innodamus. Tractatus tamen pro electione habendos, Sede vacante, vetare non intelligimus. (44)

96. Pariter interdicimus ne Cardinales, antequam ad electionem deveniant, capitula conficiant, seu quaedam communi consensu statuunt, ad quorum observantiam sese adstringant, si ad Pontificatum assumantur; quae item, si de facto intervenerint, etiam iureiurando adiecto, nulla et irrita declaramus. (45)

97. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus, S. R. E. Cardinales vehementer hortamur ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius inclinati gratia aut obsequio, non intercessionem in saeculo potentium, non vi vel metu vel aura populari moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, in eum sua vota conferant, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque gubernandae prae ceteris idoneum in Domino indicaverint. (46)

98. Cum vero fideles non tam humanae industriae subsidiis, etsi sollicitae, inniti debeant, quam in humilis devotaeque orationis instantia sperare, huic adiicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, ceterisque locis saliera insignioribus, ubi primum de Pontificis obitu nuncium pervenerit, a Clero et populo, solemnibus pro eo exsequiis celebratis, singulis diebus (donec Romanae Ecclesiae de suo Pastore fuerit provisum) humiles assidueque preces fundantur ad Dominum, ut Ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, ut provisio celeris, unanimes et utilis (prout animarum salus exigit, et totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum, ignorantiae negligi praetextu contingat, praecipimus ut Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alti Ecclesiarum Praelati, ceterique, quibus officium est enuntiare verbum Dei, Clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda solerter excitent, et ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiae pensandae suaserint) ieiuniorum hortentur. (47)

99. Electum velo haeredem et Successorem Nostrum rogamus, ne muneris arduitate deterritus ab eodem subeundo se retrahat, ac potius divinae voluntatis consilio humiliter se subiiciat: nam Deus qui imponit onus, manum etiam Ipse supponet, ne ei ferendo sit impar; is enim qui oneris est auctor, Ipse est administrationis adiutor; et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem. (48)

CAPUT VII

De acceptiones et proclamatione electionis nec non de consecratione et coronatione novi Pontificis

100. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diacono accitis in aulam Conclavis S. Collegii Secretario, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum atque duobus Caeremoniarum Magistris, consensus electi per Cardinalem Decanum nomine totius S. Collegii his verbis: Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem? requiratur. (49)

101. Hoc consensu praestito intra terminum, quatenus opus sit, prudenti arbitrio Cardinalium per maiorem votorum numerum determinandum, illico electus est verus Papa, atque actu plenam absolutamque iurisdictionem, supra totum orbem acquirit et exercere potest. (50) Hinc, si quis litteras super negotiis quibuscumque confectas, quae a Romano Pontifice ante coronationem suam emanaverint, audeat impugnare, excommunicationis sententia, ipso facto incurrendae, eum innodamus. (51)

102. De acceptione novi Pontificis et de nomine ab Eo assumpto, Cardinali Decano interrogante: Quo nomine vis vocari? instrumentum conficitur, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum Notarii munere fungente, testibus adhibitis Secretario S. Collegii et duobus Caeremoniarum Magistris.

103. Deinde, actis de more agendis, iuxta Caeremoniale Romanum, Cardinales primato "adorationem" Summo Pontifici Electo de more exhibent: qua expleta et hymno Te

Deum decantato, populo expectanti novus Romanus Pontifex a Priore Cardinalium Diaconorum publicatur, (52) pauloque post ipse Pontifex Apostolicam Benedictionem Urbi et Orbi impertit. Sequitur deinde secunda "adoratio," quam, cappis violaceis induti, Cardinales peragunt.

104. Si Electus extra Conclave degit, normae sunt observandae quae habentur in Caeremoniali Romano lib. I, tit. 1, De Conclavi et Electione Papae § 37.

105. Omnibus tandem rite expletis, de mandato novi Pontific aperitur Conclave, tum intus, tum extra; huiusque aperturae consuetum conficitur instrumentum ut de clausura sancitum est superiori n. 56. Aperto autem Conclavi illi admittuntur qui, de more, electo Pontifici pro adoratione introduci solent.

106. Ad tertiam adorationem peragendam Cardinales ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto erunt intimandi cum Summus Pontifex statuerit.

107. Quod si electus nondum sit Presbyter vel Episcopus, a Decano S. Collegii Cardinalium, qui tunc pallio utitur, ordinabitur et consecrabitur: (53) quod privilegium, absente Cardinali Decano, competit Subdecano, eoque etiam absente, antiquiori Cardinali Episcopo suburbicario. (54)

108. Tandem per Cardinalem Protodiaconum Pontifex coronatur (55) et cum Sibi placuerit Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis, possessionem, ritu praescripto, capit. Haec igitur tota rei causa graviter considerata, atque etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, statuimus et praescribimus, decernentes praesentes has Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel interesse habentes, vel habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane, si secus super his a quomque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Volumus etiam Nostras has Litteras legi coram omnibus in primis Congregationibus post obitum Pontificis haberi solitis, ut supra (n. 12 a) ; rursus post ingressum in Conclave, ut supra (n. 51); item cum quis ad purpurae honorem fuerit evectus, interposito sacramento de religiose retinendis iis, quae in praesenti Constitutione decreta sunt.

Non obstantibus, quatenus opus sit, per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros editis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, quas omnes et singulas abrogatas, ut supra, declaramus, ceterisque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis, contrariis quibuslibet.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, abrogationis, mandati, innodationis, admonitionis, inhibitionis, praecepti, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragésimo quinto, die octavo mensis decembris, in festo Conceptionis immaculatae Beatae Mariae Virginis, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. XII.

NOTES

TITULUS I


- (1) Pii IV Const. **In eligendis**, vii Idus Oct. 1562, § 6; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, iv Non Oct. 1732, § 6.
- (2) Clem. V in Conc. Viennensi, cap. 2, **Ne Romani** in pt. **de elect.**, I, 3 in Clem.
- (3) Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**, 24 Maii 1882.
- (4) Clem. V cap. 2. **Ne Romani** in, pre. de elect., I, 3 in Clem.; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, xvii kal. Dec. 1621, § 20.
- (5) Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**.
- (6) Greg. X in gener. Conc. Lugdun., cap. 3, **Ubi periculum**, " 1 de elect., I, 6 in Sext.; Pii IV Const. **In eligendis**, § 6.
- (7) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 7; Pii IV Const. **In eligendis**, §§ 7 et 8.
- (8) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 7.
- (9) Clem. XII, Chirografo **Avendo Noi**, 24 Dec. 1732, n. 17.
- (10) Formula for oath is given in footnote to Constitution (**A.A.S.**, XXXVIII, 69).
- (11) Pii XI, Motu proprio **Cum proxime**, 1 Mart. 1922, n. 1.
- (12) Pii IV Const. **In eligendis**, § 17.
- (13) Pii IV Const. **In eligendis**, § 15; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 10.
- (14) Pii IV Const. **In eligendis**, § 13.
- (15) Clem. V, cap. 2, **Ne Romani**, § 1, de elect., I, 3 in Clem.; Pii IV Const. **In eligendis**, § 9; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 15.
- (16) Clem. V, cap. 2, **Ne Romani**, § 1, de elect., I, 3 in Clem.; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 15; Bened. XIV Const. **In Apostolicae**, Idibus Apr. 1744, § 4.
- (17) Pii XI Const. **Ad incrementum**, 15 Aug. 1934, n. XCVIII.
- (18) Const. **Quae divinitus**, 25 Mart. 1935, n. 12; cfr. Benedicti XIV Const. **Pastor bonus**, Idibus Apr. 1744, §§ 51-55.
- (19) Pii IV Const. **In eligendis**, § 11.
- (20) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 17.
- (21) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 5.
- (22) Fundamental laws of the State of Vatican City, June 7, 1929, n. 1.
- (23) Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 18.
- (24) Cfr. Pii XI Const. **Ad incrementum**, n. C.

TITULUS II

- (1) Pii IX Const. **In hac sublimi**, x kal. Septembr. 1871 et **Consulturi**, 10 Oct. 1877; Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**.
- (2) Pii IX Const. **Cum Romanis Pontificibus**, pridie Nonas Dec. 1869; **Cod. I. C.** can 229.

- (3) Clem. V, cap. 2, **Ne Romani**, § 4, de elect., I, 3 in Clem.; Pii IV **Const. In eligendis**, § 29; Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 22.
- (4) Pii V decr die 26 Ian. 1571; **Caeremoniale Greg. XV**, § Porro; Cod. I. C. can. 233, §, 1.
- (5) Bonif. VIII. cap. un., **de schismatic.**, V, 3 in Sext.; Pii IX Litt. **Quamquam**, 29 Septembris 1867.
- (6) Pii XI Motu proprio **Cum proxime**, n. 1.
- (7) Greg. X. cap. 3, **Ubi periculum**, § 1, **de elect.**, I, 6 in Sext.; Pii IV **Const. In eligendis**, § 2, 3, 5.
- (8) Greg. X, cap. 3, **Ubi periculum**, § 1, **de elect.**, I, 6 in Sext.
- (9) Leonis XIII **Const. Praedecessores Nostri**.
- (10) Greg. X, cap. 3, **Ubi periculum**, § 1, **de elect.**, I, 6 in Sext.; Pii IV **Const. In eligendis**, § 4.
- (11) Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 17.
- (12) S. Congr. Caeremonialis, **Norme cerimoniali per gli Emi Signori Cardinali**, 6 Gennaio 1943, n. 33.
- (13) Pii XI Motu proprio **Cum proxime**, n. II.
- (14) Pii IV. **Const. In eligendis**, § 16.
- (15) Pii IV. **Const. In eligendis**, § 17.
- (16) Formula given in footnote to Constitution, p. 79.
- (17) Pii IV **Const. In eligendis**, § 24.
- (18) Clem. XII **Chirogr. Avendo Noi**, n. 16.
- (19) Pii IV **Const. In eligendi**, § 18; Clem. XII **Const. Apostolatus officium**, § 13.
- (20) Cfr. **Caeremoniale Greg. XV**.
- (21) Formula given in footnote (**A.A.S.**, XXXVIII, p. 81).
- (22) Pii XI **Const. Ad incrementum**, nn. XXXVII, LXX, CIII.
- (23) Formula given in footnote of Constitution (ibid., p. 82).
- (24) Bened. XIV **Const. Inter conspicuos**, iv kal. Septembr. 1744, § 31.
- (25) Cfr. Pii XI **Const. Ad incrementum**, n. CII.
- (26) Greg. X cap. 3, **Ubi periculum**, § 1, **de elect.**, I, 6 in Sext.; Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 1.
- (27) Pii IV **Const. In eligendis**, § 15. (28) Greg. X cap 3, **Ubi periculum**, § 1, **de elect.**, I, 6 in Sext.; Pii IV **Const. In eligendis**, § 19. (29) Pii XI **Const. Quae divinitus**, n. 12.
- (30) Greg. X cap. 3, **Ubi periculum**, § 1, **de elect.**, I, 6 in Sext.; Pii IV **Const. In eligendis**, § 20; Clem. XII **Const. Apostolatus officium**, § 11.
- (31) Greg XV **const. Aeterni Patris**, § 20.
- (32) Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 19.
- (33) Cfr. **Caeremoniale Greg. XV**.
- (34) Pii XI Motu proprio **Cum proxime**, n. III.
- (35) Alex. III in Concil. Later. cap. 6, **Licet de vitanda**, **de elect.**, I, 6; Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 1.
- (36) Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 2.
- (37) Sample of ballot given in Constitution (**A.A.S.**, XXXVIII, p. 89).
- (38) Formula of oath given in footnote of Constitution (**A.A.S.**, XXXVIII, p. 91).
- (39) Greg. XV **Const. Aeterni Patri**, §17.
- (40) Greg. XV **Const. Aeterni Patris**, § 19.
- (41) Iulii II **Const. Cum tam divino**, xix kal. Febr. 1505.

- (42) Symmachus Papa in Synod. Rom., c. 2, D. 79; Pauli IV Const. **Cum secundum Apostolum**. XVII kal. Ian. 1558.
- (43) Const. **Commissum Nobis**, 20 Ian. 1904.
- (44) Greg. XV, cap. **Ubi periculum**, § 4, **de elect.**, I, 6 in **Sext.**; Pii IV Const. **In eligendis**, § 26; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 18.
- (45) Pii IV Const. **In eligendis**, § 3; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 18.
- (46) Greg. X, cap. 3, **Ubi periculum**, § 4, **de elect.**, I, 6 in **Sext.**; Pii IV Const. **In eligendis**, § 26; Greg. XV Const. **Aeterni Patris**, § 23 ; Clem. XII Const. **Apostolatus officium**, § 5; Pii IX Const. **Licet per Apostolicas**, vi Idus Sept. 1874; Leonis XIII Const. **Praedecessores Nostri**; Pii X Const. **Commissum Nobis**.
- (47) Greg. X, cap. 3, **Ubi periculum**, § 5, **de elect.**, I, 6 in **Sext.**
- (48) Leonis XIII. Const. **Praedecessores Nostri**.
- (49) **Caeremoniale Rom.**, lib. I, tit. I, de **Conclavi et Electione Papae**, § 34. (50) **Cod. I. C.**, can. 219.
- (51) Clem. V, cap. 4, **De sent. excomm.**, V, 10 in **Extravag. comm.**
- (52) **Caerem. Rom.**, lib. I, tit. I, de **Conclavi et Electione Papae**, § 35; **Cod. I. C.** can. 239, § 3.
- (53) **Caerem. Rom.**, lib. I, tit. II, **De ordin. et consecrat. novi Pontificis**, §13.
- (54) **Cod. I. C.**, can. 239, § 2.
- (55) **Caerem. Rom.**, lib. I, tit. II, **De ordin. et consecrat. novi Pontificis**, §18.
-



4.

**Leteraæ Apostolicæ Motu Proprio datæ
Quædam præcipiuntur vacante Sede Apostolica valitura
Ioannes PP. XXIII**

Summi Pontificis electio

* * *

Źródło: *Acta Apostolicæ Sedis*, LIV (1962), pp. 632-640. Tłumaczenie polskie za: PPK.

* * *

Summi Pontificis electio quoniam eum maximis catholice Ecclesie momentis profecto coniungitur, facile ideirco tenetur, cur Decessoribus Nostris non pauci, pro mutatis temporum rationibus, de vacante Apostolica Sede mutatas normas ediderint. Quamvis enim ipsis esset persuasum in eiusmodi rerum condicione Christum Iesum peculiari quadam assiduitate Sponsae suae adesse, iure tamen meritoque arbitrati sunt, ab hominibus quorum maxime interesset, nullam desiderari debere consilii prudentiam, quae per illud temporis spatium, rectum rerum polliceretur cursum.

Horum Nos exemplum secuti, Nostras esse partes putamus nonnullas tradere normas, quarum necessitatem vel rerum usus, vel recens invecetae consuetudines ostendere visae sunt. Quae normae cum nonnulla tantummodo disciplinae capita respiciant, legum corpus renovandum non censemus, quae Constitutione Apostolica *Vacantis Apostolicae Sedis* continentur, a Decessore Nostro f. r. Pio XII edita; (1) sed has iubemus vel superioribus normis addi, quae omnino novae sint, vel eas immutari quae aliquid de eadem re praecipiant.

Itaque re diu ac mature perpensa, certa scientia et de Nostrae potestatis plenitudine has Apostolicas Litteras motu proprio, damus, quibus Sacrum

Ponieważ sprawa wyboru papieża ma związek z najważniejszymi momentami życia Kościoła katolickiego, stąd jest zrozumiałe, dlaczego wielu naszych Poprzedników, w zależności od zmieniających się warunków czasu, wydało nowe przepisy odnoszące się do opróżnienia Stolicy Apostolskiej. Chociaż bowiem żywili przekonanie, że w takiej sytuacji Jezus Chrystus jest w sposób szczególny ze swoją Oblubienicą, to jednak słusznie sądzili, że od ludzi, którzy są wtedy najbardziej zainteresowani, nie należy się domagać takiej roztropności, która potrafiłaby temu okresowi nadać właściwy bieg.

Idąc za ich przykładem uznaliśmy za nasz obowiązek wydać w tej materii pewne normy, których potrzebę wykazała praktyka życia lub ostatnio wprowadzone zwyczaje. Ponieważ te przepisy dotyczą tylko niektórych spraw omawianej dziedziny, dlatego nie zamierzamy modyfikować wszystkich przepisów zawartych w konstytucji Apostolskiej „*Vacantis Apostolicae Sedis*”, wydanej przez naszego Poprzednika ś.p. Piusa XII. Z tej racji zarządzamy, aby obecne przepisy zostały albo dołączone do poprzednio wydanych; te mianowicie, które są zupełnie nowe, ewentualnie, by dawne przepisy zostały zmienione, wtedy gdy nowe coś inaczej zarządzają.

Cardinalium Collegium, hac Petri Sede vacante, in Romano Pontifice eligendo utatur, normis eiusdem superioris Constitutionis abrogatis, quae hisce Nostriis praeceptis non congruant.

I. Sive Augusto Pontifice decumbente, sive eodem vita functo, nomini liceat in eius diaetis neque imagines obiectu lucis pingere, neque voces postea reddendas in magnetophonii taeniola imprimere. Si quis vero, Summo Pontifice defuncto, hoc genus imagines, probationis vel testimonii causa, imprimere cupiat, id petere a Cardinali Camerario S. R. E. poterit, qui tamen Summum Pontificem lucis obiectu referri nequaquam sinet, nisi pontificalibus vestibus indutum.

II. Translaticiis funeris caeremoniis persolutis, cunctaque fidelium multitudine a Petriano templo dimissa, exuviae Summi Pontificis per ianuam, quam a S. Martha appellant, in Cryptas Vaticanas inferantur, prosequentibus dumtaxat Cardinalibus Ordinum Capitibus, Cardinali Basilicae Petrianae Archipresbytero, Cardinali qui fuit extreinus a publicis Ecclesiae, notariis, et aliquot Canonicis Vaticanis. In Cryptis vero dum capularis capsula igne ferruminatur, praeter plumbarios, ii tantummodo adesse praesentes poterunt, quos modo diximus, et defuncti Summi Pontificis consanguinei.

III. Si quo tempore Summus Pontifex e vita discedit, Cardinalis Camerarii munus vacet, eum saerum Cardinalium Collegium, statutis servatis praescriptionibus, quam primum eligat. Sed antequam hoc fiat, Sacri Collegii Decanus eius interim agat partes, in commemorata Decessoris Nostri

Po długim przeto i dojrzałym namyśle, z pełną świadomością, działając mocą najwyższej władzy apostolskiej wydajemy z własnej inicjatywy niniejsze pismo apostolskie, które będzie obowiązywało Kolegium kardynalskie przy wyborze Papieża, po opróżnieniu Stolicy Piotrowej. Tym samym odwołujemy te normy wspomnianej wyżej Konstytucji, które nie dadzą się pogodzić z wydanymi obecnie przez nas przepisami.

I. Nikomu nie wolno robić zdjęć Papieża w jego mieszkaniu, czy to w czasie choroby, czy też już po śmierci. Podobnie nie wolno nagrywać głosu Papieża na taśmie magnetofonowej. Jeśli ktoś pragnie po śmierci Papieża zrobić zdjęcia, mające służyć jako dowód lub świadectwo, będzie mógł o to prosić Kardynała Kamerlinga, któremu jednak nie wolno zezwolić na robienie zdjęć dopóki Papież nie zostanie ubrany w szaty pontyfikalne.

II. Po zakończeniu obrzędów pogrzebowych, gdy wierni opuszczają już bazylikę św. Piotra, szczątki doczesne Papieża przenosi się przez bramę św. Marty do watykańskich podziemi. W tym akcie uczestniczą tylko kardynałowie stojący na czele poszczególnych stopni kardynalskich, kardynał archiprezbiter bazyliki św. Piotra, kardynał, który pełnił ostatnio funkcję Sekretarza Stanu oraz kilku kanoników watykańskich. Natomiast w krypcie, podczas pieczętowania trumny mogą być obecne tylko wymienione wyżej osoby oraz krewni zmarłego Papieża.

III. Jeśli w chwili śmierci Papieża wakuje urząd kardynała Kamerlinga, Kolegium kardynalskie winno jak najszybciej obsadzić ten urząd, zachowując wydane w tej materii przepisy. Zanim jednak to nastąpi jego funkcje wypełnia Dziekan Kolegium, w sposób określony we wspomnianej już

Constitutione Apostolica explanatas; (2) ac nulla interposita mora consilia capiat, quad res praesens suadeat.

IV. Placet Nobis ne inter habendum Conclave, quod vocant, diaetarum Summi Pontificis privatatum ulla pars habitetur.

V. Aperte constare volumus, Praelatos Clericos Reverendae Camerae Apostolicae, Sancta Sede vacante, sub ditione esse Cardinalis Camerarii.

VI. Formula iurisiurandi a Cardinalibus, iuxta praescriptum 12 (3) memoratae Constitutionis dandi, haec, quae sequitur, erit. Quam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iubebit a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum elata voce legi:

Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolate et ad unguem Nos omnes et singulos esse observaturos omnia quae continentur in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi Secundi, quae incipit verbis Vacantis Apostolicae Sedis, data die octavo decembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, atque in Motu Proprio Summi Pontificis Ioannis Viginti Tertii, cuius initium est Summi Pontificis Electio. Item promittimus, vovemus, et iuramus, quicumque nostrum Romanus Pontifex, Deo sic dis, ponente, erit electus, eum iura spiritualia et temporalia -- praesertim quae ad civilem Romani Pontificis principatum spectant -- libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue adserere atque tueri et, si opus fuerit, vindicare numquam esse destitutum.

Praecipue autem promittimus et iuramus, Nos religiosissime et quoad omnes, etiam familiares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos de iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et de iis quae in Cardinalium Congregationibus, ante Conclave vel inter ipsum habitis, de hac re acta vel decreta sint, itemque de iis quae in Conclavi seu in loco

Konstytucji naszego poprzednika, podejmując bezzwłocznie konieczne zarządzenia, jakich domaga się bieżąca chwila.

IV. Jest naszą wolą, ażeby podczas konklawe nie były przez nikogo zamieszkivane prywatne apartamenty Papieża.

V. W czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej Pralaci Kamery Apostolskiej podlegają Kardynałowi Kamerlingowi.

VI. Poniżej zamieszcza się formułę przysięgi, którą obowiązani są składać kardynałowie zgodnie z przepisem n. 12 wspomnianej wyżej Konstytucji. Na polecenie Dziekana Kolegium odczytuje ją głośno wobec wszystkich kardynałów Prefekt papieskich ceremonii.

My Biskupi, Prezbiterzy i Diakoni, Kardynałowie Kościoła Rzymskiego, przyrzekamy, ślubujemy i przysiegamy, że w sposób nienaruszony i dokładny zachowamy wszystkie postanowienia zawarte w Konstytucji Papieża Piusa XII, zaczynającej się od słów "Vacantis Apostolicae Sedis", wydanej dnia 8 grudnia 1945 roku, jak również w Motu Proprio Papieża Jana XXIII, zaczynającego się od słów „Summi Pontificis electio”. Ponadto ślubu jemy, przyrzekamy i przysiegamy, że ktokolwiek z nas zostanie za zarządzeniem Bożym wybrany Papieżem, będzie szczerze i gorliwie strzegł praw duchowych i materialnych - zwłaszcza tych, które dotyczą cywilnego zwierzchnictwa Papieża - oraz wolności (niezależności) Stolicy Świętej, a jeśli zajdzie potrzeba nigdy nie przestanie ich bronić.

W sposób szczególny zaś przyrzekamy i przysiegamy, że najsumienniej i w odniesieniu do wszystkich, również naszych domowników, czyli konklawistów, zachowamy tajemnicę odnośnie do tego wszystkiego, co dotyczy w jakikolwiek sposób wyboru Papieża, jak również odnośnie do tego, co się dzieje lub zostanie postanowione na zebraniach kardynałów, odbywających się przed, albo w czasie

electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientibus, neque idem secretum quoquo modo violaturos, sive inter Conclave, sive etiam post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut certa venia ab eodem futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi Veto sive Exdusivam, etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturos, neque ipsum hoc Veto, qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive inter ipsum; nullique interventui intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestate cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestituros

Deinde singuli Cardinales dicent:

Et Ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo, ac iuro.

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

Sic me Deus adiuret et haec Sancta Dei Evangelia.

VII. Constitutionis eiusdem praescripto 41 (4) derogantes, illud in posterum ita sonare iubemus: Cardinales omnes et singuli valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita Conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent.

VIII. De praescripto 43 (5) aliquid immutantes, illud ut sic concipiatur censemus: Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit unum vel, si id petat a Cardinali S. R. E. Camerario, duos servientes in Conclave secum adducere: infirmis autem et graviter affectis a Cardinali S. R. E. Camerario una cum Cardinalibus Capitibus Ordinum tertius indulgeri potest.

Konklawe, a dotyczy bezpośrednio, ewentualnie pośrednio głosowania. Wspomnianej tajemnicy nie naruszymy ani podczas trwania Konklawe, ani po dokonaniu wyboru nowego Papieża, chyba że otrzymamy w tej sprawie specjalne upoważnienie lub zezwolenie przyszłego Papieża. Tak samo nie przyjmujemy od żadnej władzy świeckiej, w czymkolwiek imieniu, funkcji przedstawienia „veto”, czyli wykluczenia kogoś, nawet w formie zwykłej prośby. Nie przedstawimy też wspomnianego „veto”, znanego nam w jakimkolwiek sposób, czy to całemu Kolegium kardynalskiemu zebranemu w jednym miejscu, czy poszczególnym kardynałom, na piśmie lub ustnie, pośrednio lub bezpośrednio, ubocznie i przez innych, przed konklawe lub w czasie Konklawe. Nie udzielimy wreszcie pomocy ani wsparcia jakiegokolwiek interwencji, ingerencji czy innej formie, przez którą władza świecka jakiegokolwiek stopnia lub rodzaju chciałaby się mieszać do wyboru Papieża.

Następnie poszczególni kardynałowie dodają:

Ja N., kardynał N. przyrzekam, ślubuję i przysięgam.

Kładąc z kolei obydwie ręce na Ewangelię dodają:

Tak mi dopomóż, Panie Boże i ta Święta Ewangelia.

VII. Uchylając przepis zawarty w n. 41 Konstytucji Piusa XII, nadajemy mu na przyszłość następujące brzmienie:

Wszyscy i poszczególni kardynałowie - o ile nie są chorzy - obowiązani są po trzecim dzwonku przybyć na głosowanie.

VIII. Wprowadzając pewne zmiany w przepisie zawartym w n. 43, chcemy mu nadać następującą treść: Każdy z kardynałów może zabrać ze sobą do Konklawe jednego usługującego, a gdy poprosi o to Kardynała Kamerlinga, może zabrać nawet dwóch usługujących. Kardynałom chorym i bardzo słabym, jak również kardynałom stojącym na czele poszczególnych stopni, Kardynał Kamerling może zezwolić na zabranie także

trzeciego usługującego.

IX. Praescriptum 44 (6) sic est emendandum: De qualitatibus Conclavistarum, quos integritate morum, singulari prudentia et sincera erga Sanctam Sedem religione oportet esse conspicuos. Cardinales ad id delegati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere et eos approbare, ac post ingressum iisdem invigilare debent.

X. Praescriptum 45 (7) sic immutari iubemus: Conclavistae religiose iusiurandum dent, iuxta statutam formulam. Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, ut ab ipsis iusiurandum quod supra commemoratum est, saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave iuretur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probe intellexerit.

Itaque una vel altera die ante ingressum in Conclave, coram S. Collegii Secretario, astante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem delegati, Magistri Caeremoniarum omnesque Conclavistae ecclesiastici iuxta hanc formulam iusiurandum dabunt:

Ego.....
.....
constitutus coram te
.....
..... tactis sanctis Dei Evangelis, promitto
et iuro me inviolate servaturum esse secretum in
omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione
in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta
sint et in Conclavi seu in loco electionis agantur,
scrutinium directe vel indirecte respicientia, quaeque
omnia quovis modo cognoverim, adeo ut nee directe,
nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque
scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare
liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in
Conclavi usurum esse instrumentis quibuscumque ad

IX. Przepis n. 44 tak winien być poprawiony: Gdy idzie o przymioty konklawistów, którzy mają się odznaczać dobrymi obyczajami, szczególną roztropnością i szczerą wiernością wobec Stolicy Apostolskiej - to specjalnie do tego delegowani kardynałowie powinni przed dopuszczeniem na Konkławę przeprowadzić w tej sprawie dokładne dochodzenie (badania), zatwierdzić konklawistów, a po wejściu na Konkławę, czuwać nad nimi.

X. Przepis n. 45 polecamy zmodyfikować w ten sposób: Konkławiści mają złożyć pobożnie przysięgę według przepisanej formuły. Z tej to racji będzie obowiązkiem Kardynała Kamerlinga dopilnować, by wymienieni złożyli wspomnianą wyżej przysięgę, przynajmniej na dzień lub dwa przed wejściem na Konkławę. Wcześniej należy im zwrócić uwagę na znaczenie tej przysięgi jak również dobrze ich zapoznać z treścią formuły.

Tak więc, na dzień lub dwa przed wejściem na Konkławę, przed Sekretarzem Kolegium, w obecności Prefekta Papieskich Ceremonii, specjalnie do tego delegowanym - Ceremoniarze i wszyscy konklawiści duchowni złożą przysięgę według następującej formuły:

Ja ..., stojąc przed tobą ..., dotknąwszy świętej Ewangelii przyrzekam i przysięgam, że w sposób nienaruszony zachowam tajemnicę odnośnie do wszystkich i poszczególnych spraw związanych z wyborem Papieża, które będą miały miejsce na zebraniach kardynałów lub na samym Konkławę, czyli w miejscu wyboru, a dotyczących bezpośrednio albo pośrednio głosowania. Niczego zaś cokolwiek się dowiem z tych rzeczy, nie wolno mi zdradzić ani bezpośrednio ani pośrednio, ani gestem, ani słowem, ani na piśmie, ani w jakikolwiek inny sposób. Podobnie przyrzekam i przysięgam, że w czasie Konkławy nie użyję żadnych instrumentów przeznaczonych do nadawania lub odbierania

vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines luce exprimendas quovis modo aptis, et hoc sub poena excommunicationis latae sententiae, Sedi Apostolicae reservata, si ab hoc praecepto discessum erit. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut certa venia mihi concessa fuerit.

Pariter promitto et iuro nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi Veto seu Exclusivam, etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturum, neque ipsum hoc Veto, qualibet ratione mihi cognitum, patefacturum, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis Cardinalibus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante ingressum in Conclave, sive inter ipsum; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorera praestitutum.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango.

Alii vero Conclavistae et inservientes e laicorum ordine iuxta hanc formulam iurabunt, in uniuscuiusque sermonem convertendam:

(Uwaga: zamieszczony poniżej tekst przysięgi stanowi tylko przekład na język włoski przytoczonej powyżej przysięgi) – przyp. tłum.

Io..... stando dinanzi a toccando con le mie proprie mani i Santi Evangeli, prometto e giuro che osserverr rigoroso e inviolabile segreto su tutte e singole quelle cose, le quali in qualunque modo venissi a conoscere, circa l'elezione del nuovo Pontefice, trattate e definite nelle Congregazioni dei Cardinali, come pure nel Conclave o nel luogo dell'elezione, riguardanti direttamente o indirettamente gli scrutini, e che non violerò in alcun modo questo segreto, né direttamente né indirettamente, né con parole né con scritti, né con segni, od in altra qualsiasi guisa; inoltre prometto e giuro di non usare nel Conclave di apparecchi radio, di telefono, microfono o di qualsivoglia altro strumento trasmittente o ricevente, e di non usare neppure di macchine fotografiche e cinematografiche, e ciò non solo sotto pena di scomunica, riservata alla Sede Apostolica, e da incorrersi senz'altra dichiarazione col solo fatto della violazione del giurato segreto, ma pure sotto altre pene anche gravissime che la stessa Santità Sua potrà infliggermi in caso di trasgressione. Il qual segreto io prometto e giuro che manterrò coscientemente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pontefice, a meno che non mi venga su ciò concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facoltà di parlare.

głosu, albo do robienia zdjęć - i to pod karą ekskomuniki, zaciąganej na mocy samego faktu, a zastrzeżonej Stolicy Apostolskiej, w razie naruszenia niniejszego zarządzenia. Tajemnicę tę zachowam najdokładniej i najściślej również po wyborze nowego Papieża, chyba że otrzymam od niego specjalne upoważnienie lub wyraźne zezwolenie.

Przyrzekam też i przysięgam, że nie przyjmę od jakiegokolwiek władzy świeckiej, w czymkolwiek imieniu obowiązku zgłoszenia „veto”, czyli wykluczenia (kogoś), nawet w formie zwykłego życzenia; ani też wspomnianego „veto”, o którym dowiedziałem się w jakimkolwiek sposób, nie przedstawię, czy to całemu Kolegium kardynalskiemu zebranemu w jednym miejscu, czy też poszczególnym kardynałom, na piśmie lub ustnie, pośrednio lub bezpośrednio, ubocznie i przez innych; przed wejściem na Konklawe lub w czasie Konklawe. Nie udzielię wreszcie pomocy ani wsparcia jakiegokolwiek interwencji, ingerencji czy innej formie, przez którą władza świecka jakiegokolwiek stopnia lub rodzaju chciałaby się mieszać do wyboru Papieża.

Tak mi dopomóż, Panie Boże i ta święta Ewangelia, której dotykam własną ręką.

Pozostali konklawiści świecy oraz inne osoby świeckie usługujące podczas Konklawe, składają przysięgę według zamieszczonej poniżej formuły, którą należy przełożyć na język narodowy, składającego przysięgę

Parimenti prometto e giuro che non riceverr in nessuna maniera e da nessuna potest` civile, sotto qualsiasi pretesto, l'incarico di proporre il Veto o Esclusiva, anche sotto forma di semplice desiderio, e che non manifesterr questo Veto, in qualunque modo da me conosciuto, nh dinanzi a tutto il S. Collegio dei Cardinali riunito, nh ai singoli Cardinali, nh per iscritto, nh a voce, nh direttamente e prossimamente, nh indirettamente o per mezzo d'altri, nh prima dell'ingresso nel Conclave, nh esso durante, e che non presterr mai aiuto o favore a qualsiasi intervento, intercessione o altro modo qualsiasi col quale le autorità civili di qualunque grado ed ordine volessero immischiarsi nell'elezione del Romano Pontefice.

Così Dio mi aiuti e questi Santi Vangeli, che tocco con le mie mani.

XI. In locum alterius partis praescripti 53, (8) hanc reponi iubemus: Interim vero Officiales Conclavis et alii in Conclavi servientes, nisi iusiurandum supre imperatum iam dederint, quam primum illud iurare debent coram S. Collegii Secretario, astante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem delegatis a Cardinali S.R.E. Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum dandum est.

XII. Pro priore parte praescripti 60 (9) haec subicienda est: Volumus item ut epistulae, et cuiusvis generis scripta etiam typis edita, tum ad eos qui in Conclavi sunt, S. R. E. Cardinalibus exceptis tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula Secretarii S. Collegii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavi delegati sunt, examini et inspectioni subciantur.

XIII. Ad praescriptum 61 (10) quod pertinet, illud ita renovamus: Praeterea omnibus Conclavistis severe praecipimus et mandamus ut secretum religiosissime servant quoad omnia, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et quoad ea quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Quapropter quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, sive alia quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur; ita ut hanc legem violantes in excommunicationem latae sententiae incurrant Sedi Apostolicae

XI. W miejsce części drugiej przepisu n. 53, polecamy zamieścić następującą treść: Jeśli pracownicy Konklawe lub inne osoby świadczące pomoc w czasie Konklawe, nie złożyły wcześniej nakazanej wyżej przysięgi, mają ją jak najszybciej złożyć wobec Sekretarza Kolegium, w obecności Prefekta Papieskich Ceremonii - delegowanych do tej czynności przez Kardynała Kamerlinga, przed którym sami wcześniej złożyli przysięgę.

XII. Zamiast pierwszej części przepisu n. 60 należy zamieścić tekst następujący: Zarządzamy także, ażeby listy, jak również wszelkiego rodzaju pisma, nawet drukowane, nie były przysyłane ani do tych, którzy znajdują się w obrębie Konklawe, z wyjątkiem kardynałów, ani zwłaszcza od tych, którzy są na Konklawe do osób znajdujących się na zewnątrz, jeśli wcześniej nie będą przejrzone i zbadane przez Sekretarza Kolegium oraz przez Prałatów, delegowanych do strzeżenia Konklawe.

XIII. Gdy idzie o przepis n. 61 to modyfikujemy go w następujący sposób: Ponadto wszystkim konklawistom surowo nakazujemy i polecamy, aby najwierniej zachowali tajemnicę odnośnie do wszystkiego, co dotyczy wyboru Biskupa Rzymskiego i odnośnie do wszystkiego co się dzieje na Konklawe, czyli w miejscu wyboru. Z tej też racji są obowiązani bezwzględnie unikać tego wszystkiego, co mogłoby bezpośrednio lub pośrednio naruszyć w jakikolwiek sposób wspomnianą tajemnicę, a więc czy to słów, czy wypowiedzi pisemnych, gestów, czy też

reservatam.

XIV. Itidem Constitutionis praescriptum 62 (11) immutamus, cuius sententiam esse huiusmodi decernimus: Specialiter autem Cardinales prohibemus, ne suis familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque quae in Cardinalium Congregationibus sive ante Conclave, sive inter ipsum habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

XV. Praescriptum 68 (12) ut novam hanc in posterum habeat formam statuimus: Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quae vocatur per scrutinium. Qua in re plenissime confirmamus legem iam latam ac plura deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statuitur, ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribus partibus suffragiorum. Quodsi numerus Cardinalium praesentium in tres partes aequales dividi non possit, ad validitatem electionis Summi Pontificis alterum suffragium requiritur. Ut perspicuum est, si electus Pontifex in Conclavi est, et ipse debet in numero Cardinalium computari.

XVI. In praescripti 87 (13) locum, ut hoc reponatur decernimus: Omnibus et singulis Cardinalibus pro sancta oboedientia praecipimus, ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas, quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, vel Cardinali Camerario vel uni ex tribus Cardinalibus Ordinum Capitibus tradant; qui scripturas easdem in involucria inserent, sigillis ob signanda sive Cardinalis

czegokolwiek innego. Gdyby zaś naruszyli ten przepis zaciągają tym samym karę ekskomuniki zarezerwowanej Stolicy Apostolskiej.

XIV. Przepis n. 62 Konstytucji zmieniamy w sposób następujący: Szczególnie zaś zakazujemy kardynałom ujawniania swoim domownikom, czyli konklawistom, ewentualnie komukolwiek innemu tego wszystkiego, co bezpośrednio lub pośrednio dotyczy głosowania, jak również tego, co się działo lub zostało zdecydowane na kongregacjach kardynałów, odbywających się przed Konklawe lub po jego rozpoczęciu, a dotyczyło wyboru Papieża.

XV. Postanawiamy, że przepis n. 68 winien mieć obecnie następujące brzmienie: Trzeci i zwyczajny sposób, czyli formę wyboru Biskupa Rzymskiego stanowi głosowanie. W tej sprawie w pełni potwierdzamy wydane już wcześniej prawo, które przez wiele już wieków było jak najwierniej przestrzegane, na mocy którego do ważnego wyboru Biskupa Rzymskiego wymaga się przynajmniej dwóch trzecich głosów. Gdyby liczba obecnych kardynałów nie była podzielna przez trzy, wtedy do ważnego wyboru Biskupa Rzymskiego konieczny jest jeszcze jeden dodatkowy głos. Jasną jest rzeczą, że gdy wybrany Papież znajduje się na Konklawe, to i on winien być włączony do liczby kardynałów, o której wyżej była mowa.

XVI. Zarządzamy, ażeby w miejsce dotychczasowego przepisu n. 87 zamieścić następujący: Wszystkim i poszczególnym kardynałom na mocy należnego posłuszeństwa polecamy, ażeby - mając na uwadze możliwie najbezpieczniejsze zachowanie tajemnicy - przekazali kardynałowi Kamerlingowi lub jednemu ze stojących na czele każdego z trzech stopni kardynalskich posiadane wszelkiego rodzaju

Camerarii sive trium Cardinalium Caputum Ordinum. Idem autem involucra in tabularium referent, in eoque diligentissime servari curabunt; omnia potestati permittentes electi Summi Pontificis, cuius iniussu neque resignari neque legi poterunt.

XVII. Decernimus ut, expleto Conclavi, Cardinalis S. R. E. Camerarius relationem exaret, a Cardinalibus trium Ordinum Capitibus approbandam, quae suffragiorum exitum declaret in singulis sessionibus habitorum. Quae relatio, in tabulario asservanda, involucro claudetur consignato, quod a nullo resignari poterit, nisi Summus Pontifex id definite permiserit.

XVIII. Quod ad praescriptum 93 (14) attinet, eius posthac esse formulare volumus: Item prohibemus, ne quis, etsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, deliberare de ipsius Successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid decernere audeat.

XIX. Praecipimus ut, postquam novus Summus Pontifex electus est, suamque is electionem assensu suo comprobavit. Conclave, quod ad canonicos effectus attinet (cf. praescriptum 58), finem habeat. Quam ob rem decernimus, ut nihil tunc impediatur, quominus electum Summum Pontificem adire possint Antistites praepositi Consilio. publicis Ecclesiae negotiis procurandis, Pontificalis domus Praefectus, Praelatus ab epistulis Pont.

zapiski dotyczące wyników poszczególnych głosowań. Ci, którzy otrzymali wspomniane zapiski włożą je do kasetki, która winna być opieczętowana pieczęcią bądź kardynała Kamerlinga, bądź też kardynałów stojących na czele poszczególnych trzech stopni kardynalskich. Wspomniani przekażą następnie kasetkę do archiwum i będą czuwać nad tym, aby była w nim pieczołowicie przechowywana. Wszystkie tego rodzaju akta podlegają władzy wybranego Papieża, bez zezwolenia którego nie wolno ich ani odpieczętować ani czytać.

XVII. Zarządzamy, ażeby po zakończeniu Konklawe Kardynał Kamerling sporządził relację, potwierdzoną przez kardynałów stojących na czele poszczególnych trzech stopni kardynalskich, zawierającą wyniki głosowań na poszczególnych sesjach. Wspomniana relacja, zamknięta w opieczętowanej kasetce powinna być przechowywana w archiwum. Nikomu nie wolno jej odpieczętować, bez wyraźnego zezwolenia Ojca świętego.

XVIII. Przepis zawarty w n. 93 modyfikujemy następująco: Zabramy też komukolwiek, również kardynałom, podejmowania za życia Papieża i bez porozumienia się z nim jakichkolwiek konsultacji, obiecywania głosów lub rozprawiania w tej sprawie na prywatnych zebraniach.

XIX. Zarządzamy, ażeby z chwilą wyboru nowego Papieża i wyrażenia przez niego zgody, zakończyło się Konclave co do kanonicznych jego skutków (por. przepis n. 58). Z tej racji postanawiamy, że do nowo wybranego Papieża mogą się udać przełożeni Urzędu Międzynarodowych spraw kościelnych, Prefekt Domu Papieskiego, Prałat od listów papieskich do książąt, jak również ci wszyscy, którzy z wybranym Papieżem winni załatwić bieżące

Max. ad Principes et quicumque cum electo Summo Pontifice agere de rebus debent, quae in praesentia opus erunt.

XX. Si defunctus Summus Pontifex de rebus suis deque litteris et tabulis privatis testamentum fecerit, suique testamenti curatorem designaverit, huius est, pro potestatibus sibi a testatore factis, ea statuere et exsequi, quae ad privata defuncti Pontificis, bona et scripta pertinent. Qui curator de negotiis a se gesti dispensatione electo dumtaxat Summo Pontifici rationem reddet.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die V mensis Septembris, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

sprawy.

XX. Jeśli zmarły Papież rozporządził testamentem odnośnie do własnych rzeczy, prywatnych pism i obrazów, wyznaczając równocześnie wykonawcę testamentu, wtedy do tego ostatniego należy zgodnie z przyznaną mu przez testatora władzą - wydawanie poleceń i wykonanie tego wszystkiego, co dotyczy dóbr prywatnych i pism Papieża, Wykonawca testamentu obowiązany jest złożyć sprawozdanie z wykonania powierzonej mu sprawy jedynie Papieżowi.

Zatwierdzamy wszystko, co zostało zarządzane niniejszym naszym Pismem wydanym z własnej inicjatywy, odwołując jednocześnie wszelkie przeciwne zarządzenia, chociażby wymagały specjalnej wzmianki.

Dan w Rzymie, u świętego Piotra, dnia 5 września 1962 roku, w czwartym Naszego Pontyfikatu

IOANNES PP. XXIII

(1) Cfr. Pii XII Pont. Max., Constitutio Apostolica **Vacantis Apostolicae Sedis**, 8 decembris 1945, A. A. S., XXXVIII (1946), pagg. 65-99.

(2) **Ibid.**, pag. 71.

(3) **Ibid.**, pag. 69.

(4) **Ibid.**, pag. 77.

(5) **Ibid.**, pag. 78.

(6) **Ibid.**

(7) **Ibid.**

(8) **Ibid.**, pag. 82.

(9) **Ibid.**, pag. 84.


(10) **Ibid.**

(11) **Ibid.**

(12) **Ibid.**, pag. 87.

(13) **Ibid.**, pag. 93.

(14) **Ibid.**, pag. 94.



5.

**Leteraē Apostolicā Motu Proprio datā
Patrum Cardinalium ætas ad maioris momenti munera exercenda statuitur
Pauli PP. VI**

Ingravescentem ætatem

* * *

Źródło: *Acta Apostolicæ Sedis*, LXII (1970), pp. 810-813. Tłumaczenie polskie za: PPK t. II, z. 1, n. 4516-4533.

* * *

Ingravescentem ætatem inter et aptitudinem ad quaedam maioris momenti officia, veluti Episcopi dioecesani et parochi, implenda naturalis ratio intercedens a Concilio Oecumenico Vaticano II tractata est in Decreto a verbis *Christus Dominus* incipiente (Cf nn.21 et 31: AAS 58 (1966), p.683 et p.690); atque Nosmet ipsi, vota Patrum Concilii ad effectum deducentes, per Apostolicas Litteras *Ecclesiae Sanctae*, die VI mensis Augusti anno MCMLXVI motu proprio datas, Episcopos et parochos invitavimus, ut munere regendae dioecesis aut paroeciae non ultra expletum septuagesimum quintum annum sponte se abdicarent (Cf nn. 11 et 20, §3: AAS 58 (1966), p.763 et pp.768-769).

Eadem res ad ætatis annos spectans in Generali Ratione Romanae Curiae administrandae, vulgo *Regolamento Generale della Curia Romana* appellata, attingitur, quam die XXI mensis Februarii anno MCMLXVIII approbavimus edique iussimus, ubi statuitur, ut Officiales maiores et minores septuagesimo anno expleto, Praelati vero Superiores septuagesimo quinto anno inito de munere decedant (Cf art.101, § 1: AAS 60 (1968), p.161).

Nunc vero supremum Ecclesiae bounm videtur Nobis exposcere, ut ingravescentis ætatis consideretur etiam quod

Powszechny Sobór Watykański II, w dekreście zaczynającym się od słów *Christus Dominus*, rozważył sprawę naturalnego powiązania zachodzącego między podeszłym wiekiem a zdolnością wypełniania ważniejszych urzędów, takich jak stanowisko biskupa diecezjalnego i proboszcza. Realizując życzenia Ojców Soboru Pismem Apostolskim *Ecclesiae Sanctae* wydanym z własnej inicjatywy w dniu 6 sierpnia 1966 r. Wezwaliśmy biskupów i proboszczów, aby "po przekroczeniu 75 roku życia" złożyli dobrowolnie zrzeczenie się funkcji kierowania diecezją lub parafią.

Tę samą sprawę dotyczącą wieku uwzględnia *Regulamin Ogólny Kurii Rzymskiej*, który zatwierdziliśmy i polecili promulgować w dniu 22 marca 1968 roku. Postanawia się tam, że urzędnicy wyżsi i niżsi po ukończeniu 70 roku życia, a prałaci przełożeni z chwilą rozpoczęcia 75 roku życia powinni ustąpić z zajmowanego stanowiska.

Sądzimy, że obecnie dobro Kościoła domaga się, aby rozważyć sprawę podeszłego wieku także w odniesieniu do

ad praeclarum officium Cardinalium attinet, cui non semel peculiare curas impendimus. Re quidem vera est officium, cuius partes sunt speciali modo grave multumque prudentiae postulantes, sive propter singularem omnino coniunctionem cum summo Nostro munere ad totius Ecclesiae servitium pertinente, sive propter gravissimum momentum, quod, Sede Apostolica vacante, eidem officio pro universa Ecclesia accedit.

Itaque, omnibus diu et mature perpensis, semperque consiliis et precibus cunctorum, sine discrimine, Patrum Cardinalium in posterum etiam fidentes, haec, quae sequuntur, statuimus:

I. Patres Cardinales sive Dicasteriis Curiae Romanae (de quibus in art. 1 *Rationis Generalis Romanae Curiae* seu *Regolamento Generale della Curia Romana* agitur) sive ceteris permanentibus Apostolicae Sedis et Civitatis Vatiacanae Institutis praepositi rogantur, ut, cum septuagesimum quintum aetatis annum expleant, qui, omnibus in unoquoque casu rite consideratis, iudicabit, nun renuntiationem statim accipere conveniat.

II. Patres Cardinales, cum octogesimum aetatis annum conficiunt:

- 1) desinunt esse Membra Dicasteriorum Romanae Curiae ceterorumque Institutum, quae in superiore articulo memorantur;
- 2) ius amittunt Romanum Pontificem eligendi atque adeo etiam ius in Conclave ingrediendi. Si quis vero Cardinalis inter Conclave octogesimum aetatis annum compleat, iure Romanum Pontificem eligendi frui hac vice pergit.

III. Quae superioribus articulis I et II, n.1) statuuntur, vim obtinet etiam, cum

zaszczytnego urzędu kardynalskiego, względem którego niejednokrotnie okazywaliśmy naszą szczególną troskę. Jest to stanowisko rzeczywiście szczególnie ważne i wymagające wiele roztropności, czy to z względu na niezwykle ściśle powiązanie z Naszym posługiwaniem w odniesieniu do całego Kościoła, czy też ze względu na ten ważny niezmiennie moment, że w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej ze stanowiskiem tym łączy się troska o cały Kościół.

Tak więc po długim i dojrzałym namyśle, wyrażając przy tym na przyszłość zaufanie do rad i prośb, płynących od wszystkich bez wyjątku Kardynałów, zarządzamy co następuje:

I. Kardynałowie, pełniący funkcję przełożonych czy w Dykasteriach Kurii Rzymskiej (o których mowa w art. 1 *Ogólnego Regulaminu Kurii Rzymskiej*), czy też w innych stałych instytucjach Stolicy Apostolskiej i Państwa Watykańskiego, proszeni są, aby po ukończeniu 75 roku życia złożyli dobrowolnie rezygnację z urzędu na ręce Papieża. Ojciec św., rozważywszy wszystko w każdym poszczególnym wypadku, zdecyduje o tym czy jest rzeczą wskazaną przyjąć od razu rezygnację.

II. Kardynałowie, kończąc 80 rok życia:

- 1) przestają być członkami Dykasteriów Kurii Rzymskiej i innych Instytucji wspomnianych w poprzednim artykule;
- 2) tracą prawo wyboru Papieża, a więc także prawo wstępu na konklawe. Gdy jednak jaki kardynał kończy 80 lat w czasie trwania konklawe, posiada tym razem prawo wyboru Papieża.

III. Postanowienia powyższych artykułów I i II, n. 1) osiągają swoją moc prawną

quinquennium, de quo in art. 2, § 5 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae universae* agitur (Cf AAS 59 (1967), p.891), nondum est absolutum.

IV. Praescriptum art. II, qui supra dictus est, iis pariter Patribus Cardinalibus applicatur, qui, expleto octogesimo aetatis anno, pergant, in modum exceptionis, dioecesi alicui praeesse aut solum eius titulum, absque regendi munere, servare.

V. Patres Cardinales, licet octogesimum aetatis annum confecerint, Membra manent Sacri Collegii, ad ceteros omnes effectus quod attinet, et cuncta cetera iura et praerogativas cum Cardinalis officio coniuncta retinent, non excepta facultate participandi generales vel particulares Congregationes, quas, Sede Apostolica vacante, ante Conclavis initium haberi contingit.

VI. Quodsi propter extraordinaria rerum adiuncta accidit, ut Cardinalis S. R. E. Camerarius et Cardinalis Paenitentarius Maior usque ad octogesimum aetatis annum in munere suo pergant versari, haec statuuntur:

- 1) si octogesimus annus completur tempore mortem Romani Pontificis praecedente, quo tamen utriusque successor nondum sit nominatus, aut tempore mortem eiusdem Romani Pontificis insequente et ante Conclavis initium, Casum Collegium, Sede Apostolica vacante rite congregatum, successorem per suffragia eligit, qui in munere manebit usque ad electionem novi Summi Pontificis;
- 2) si autem octogesimus annus expletur inter conclave, munus ipso iure usque ad electionem novi Summi Pontificis prorogatur.

nawet i wtedy, gdy jeszcze nie skończyło się pięciolecie, o którym mowa w art. 2, § 5 Konstytucji Apostolskiej *Regimini Ecclesiae universae*.

IV. Przepis art. II, przytoczony powyżej, odnosi się także do tych kardynałów, którzy skończywszy 80 rok życia, zatrzymują – na drodze wyjątku – rządy jakąś diecezją lub zachowują tylko jej tytuł, bez funkcji kierowania nią.

V. Po ukończeniu 80 roku życia kardynałowie pozostają członkami kolegium w odniesieniu do pozostałych skutków i zachowują wszystkie inne uprawnienia i prerogatywy związane ze stanowiskiem kardynała. Dotyczy to także możliwości uczestniczenia w zebraniach ogólnych lub partykularnych, jakie mogą mieć miejsce w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej, jeszcze przed rozpoczęciem konklawe.

VI. Gdyby na skutek nadzwyczajnych okoliczności zdarzyło się, że kardynał Ś.K.Rz. Kamerling i Kardynał Penitencjarz zatrzymywali swoje funkcje aż do 80 roku życia, wtedy obowiązują następujące przepisy:

- 1) Jeżeli 80 lat ukończą w czasie poprzedzającym (bezpośrednio) śmierć Papieża, ale wtedy gdy nie zostali mianowani ich następcy, ewentualnie już po śmierci Papieża, lecz przed rozpoczęciem się konklawe, wtedy Kolegium Kardynałów zebrane prawnie w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej, dokonuje wyboru następcy, który pozostanie na tym stanowisku aż do czasu wybrania nowego Papieża;
- 2) Gdy natomiast 80 rok życia kończą w czasie trwania konklawe, wtedy na mocy samego prawa ich funkcja jest przedłużona do czasu wyboru nowego Papieża.

VII. Si Decanus Sacri Collegii Conclavi non interest eo quod octogesimum aetatis annum confecit, eius muneris partibus in Conclavi fungitur Subdecanus aut, si hic etiam abest, alius ex antiquioribus Cardinalibus secundum generalem ordinem praecedendi.

VIII. Ratio similis ei, quae praecedente art.VII continetur, sequenda erit, si casus ferat, in exercendis muneribus, quae tribus Cardinalibus Ordinum Capitibus in Conclavi iure tribuuntur.

NORMA TEMPORARIA

Iis, qui nunc sunt Membra Sacri Collegii et octogesimum aetatis annum iam compleverunt quo die hae Litterae Apostolicae vigere incipient, pergere licebit, si id cupiant, interesse cum iure suffragii, Congregationibus plenariis et ordinariis Romanae Curiae Dicasteriorum.

Ea autem, quae per has Apostolicas Litteras decrevimus, a Kalendis Ianuariis anno MCMLXXI vigere incipient.

Quae igitur a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia rata ac firma esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Novembris, anno MCMLXX, Pontificatus, Nostri octavo.

VII. Jeżeli Dziekan Kolegium Kardynalskiego jest nieobecny na konklawe z tej racji, że ukończył 80 rok życia, wtedy jego funkcje w czasie konklawe wypełnia zastępca dziekana. Gdyby i ten ostatni był nieobecny, wtedy funkcję Dziekana wypełnia jeden z najstarszych kardynałów, zgodnie z ogólną zasadą pierwszeństwa.

VIII. Normę prawną zawartą w powyższym art. VII należy stosować i wtedy, gdy chodzi o wykonywanie w czasie konklawe funkcji przewidzianych przez prawo dla przewodniczących poszczególnych grup kardynałów.

Przepis przejściowy


Obecni członkowie Kolegium Kardynalskiego, którzy już ukończyli 80 rok życia mogą do dnia, w którym zaczną obowiązywać niniejsze Pismo Apostolskie, uczestniczyć – gdy tylko zechcą – i to z prawem głosu w zebraniach plenarnych i zwyczajnych Dykasteriów Kurii Rzymskiej.

Przepisy zawarte w niniejszym Piśmie Apostolskim zaczną obowiązywać 1 stycznia 1971 roku.

Co zaś zostało zarządzane tym naszym pismem wydanym z własnej inicjatywy otrzymuje moc prawną bez względu na przeciwne zarządzenia, chociażby wymagały najbardziej specjalnej formy odwołania.

Dan w Rzymie, u św. Piotra dnia 21 listopada 1970 roku, w ósmym naszego Pontyfikatu.

PAULUS PP. VI



6.

Constitutio Apostolica

De Sede Apostolica vacante deque electione Romani Pontificis

Romano Pontifici eligendo

* * *

Źródło: *Acta Apostolicæ Sedis*, LXVII (1975), pp. 609-645. Tłumaczenie polskie za: PPK, t. VIII, z, 1, nn. 14447–14572.

* * *

Paulus Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Romano Pontifici eligendo, qui, ut Beati Petri in huius Urbis sede Successor, est Christi in terris Vicarius necnon Supremus Pastor atque visibile universalis Ecclesiae Caput, singulares curae semper impensae sunt, ac tanto negotio provide consultum, ut legitima electio ac libertas eligentium in tuto collocarentur.

Ac revera saeculorum decursu Summi Pontifices hanc esse suam ipsorum praerogativam itemque suum ius et officium arbitrati sunt, ut electionem Successoris meliore, quo possent modo, sancirent, renitentes cunctis opinionibus eo tendentibus, ut, per institutorum ecclesiasticorum mutationes, ius auferretur, quo ipsi soli fruuntur, statuendi compositionem collegii eligentium et modum, quo horum munus exerceretur. Attamen huiusmodi electio, quamvis praecipua primitus inducta elementa, electionis episcoporum propria, servaret, gradatim progressionem cuidam obnoxia fuit, quae e constanti hac sollicitudine profecta est, ut haud legitimi interventus arcerentur ac iusta procedendi forma in tuto collocaretur.

In huius rei progressionem sensim partes praecipuae attributae sunt tribus

Gdy idzie o wybór **Biskupa Rzymskiego**, który jako Następca świętego Piotra na stolicy tego Miasta jest Zastępcą Chrystusa na ziemi i Najwyższym Pasterzem oraz widzialną Głową Kościoła powszechnego - zawsze wyrażano szczególną troskę i odpowiednio zaradzano tego rodzaju sprawie, ażeby właściwie zabezpieczyć określony prawem wybór, jak również wolność wyborcom.

Rzeczywiście, w przeszłości Papież uważał za własną prerogatywę oraz za swoje uprawnienie i obowiązek zabezpieczyć w możliwie najlepszy sposób wybór swego Następcy, przeciwstawiając się wszelkim tendencjom zmierzającym do tego, ażeby przez zmianę przepisów kościelnych zostało przekreślone przysługujące im prawo oznaczania składu kolegium wyborców oraz sposobu, w jaki mają wypełnić swoje zadanie. Chociaż omawiany tu wybór przejął początkowo elementy właściwe wyborowi biskupów, jednakże stopniowo zaczął podlegać pewnej ewolucji, dyktowanej ustawiczną troską, ażeby wykluczyć bezprawną interwencję i zabezpieczyć słuszną formę postępowania.

We wspomnianym wyżej rozwoju główny udział otrzymały trzy grupy kleru

maioribus ordinibus cleri Romani, qui constabant Episcopis, Presbyteris et Diaconis, Cardinalibus Sanctae Romanae Ecclesiae nuncupatis. Quorum quidem priores partes in Romano Pontifice eligendo definitae sunt per celebre Decretum *In nomine Domini*, quod Nicolaus II in Synodo Romana anno 1059 promulgavit (1). Deinde in Concilio Lateranensi III ab Alexandro III Constitutio *Licet de evitanda* anno 1179 edita est, qua certa et constanti ratione statuitur hanc electionem solummodo ad Collegium Cardinalium pertinere, qui Romanam Ecclesiam repraesentant, quavis aliorum participatione prorsus exclusa (2). Ex eo tempore omnis ulterior dispositio non alio spectavit, quam ut hic primarius modus electionis Romani Pontificis peragendae ad effectum deduceretur vel novis rerum condicionibus aptaretur.

E Romanae Ecclesiae traditione intellegitur etiam collegium, cui munus eligendi Pontificis mandatur, esse permanens et ita dispositum, ut, cum Sedem Apostolicam vacare contigerit, revera agere possit. Cum igitur etiamnum negari nequeat necessarium esse corpus eligentium antea constitutum nec nimis frequens membrorum numero, quod facile statimque possit convocari - quemadmodum temporibus et Ecclesiae et Summo Pontificatui difficilibus interdum evenit - fieri non licet, ut electores Pontificis, ipsa Sede Apostolica vacante, eligantur aut deputentur.

Quapropter, etiam proximi Decessores Nostri vetus huius electionis institutum quoad res primarias atque praecipuas servaverunt eiusque usum in tuto collocarunt, simul vero id ad novas temporum condiciones accommodare ac perficere studuerunt. Id ipsum, ut exempla

rzymskiego, które obejmowały biskupów, prezbiterów i diakonów - zwanych kardynałami Świętego Kościoła Rzymskiego. Ich udział w wyborze Papieża po raz pierwszy został określony w sławnym Dekrecie „*In nomine Domini*” promulgowanym przez pap. Mikołaja II na synodzie rzymskim w 1059 roku. Następnie 11 roku 1179, na soborze Laterańskim III, pap. Aleksander III ogłosił konstytucję „*Licet de evitanda*”, która w sposób pewny i zdecydowany określił, że wybór Papieża należy wyłącznie do Kolegium Kardynalskiego, które reprezentuje Kościół Rzymski, z całkowitym wykluczeniem udziału innych osób. Od tego momentu wszelkie dyspozycje w tej materii miały jedynie to na uwadze, ażeby ten pierwotny sposób dokonywania wyboru Biskupa Rzymskiego zabezpieczyć lub przystosować do nowych warunków.

Na podstawie tradycji Kościoła Rzymskiego można również stwierdzić, że kolegium, któremu zleca się zadanie wyboru Papieża, ma charakter stałej instytucji i posiada taką strukturę, żeby w razie opróżnienia Stolicy Apostolskiej mogło rzeczywiście przystąpić do działania. Ponieważ więc również obecnie jest rzeczą zrozumiałą, że konieczny jest zespół wyborców wcześniej ustanowiony, a także obejmujący niewielką liczbę członków, ażeby łatwo i natychmiast mógł być zwołany - co nieraz było aktualne w czasach trudnych dla Kościoła i Papieża - jest niemożliwe, by wyborcy Ojca świętego byli wybierani lub oznaczani dopiero w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej.

Z tej to racji również nasi bezpośredni Poprzednicy starożytne zarządzenie dotyczące wyboru Papieża, w podstawowych i zasadniczych elementach, zachowali i jego zastosowanie zabezpieczyli, starając się równocześnie dostosować je do współczesnych

subiciamus, actum est a Pio XII, a quo plures Patres in Collegium Cardinalium adlecti sunt, qui magis magisque varias orbis catholici Ecclesias variasque nationes repraesentarent, et a Ioanne XXIII, qui numerum membrorum eiusdem Collegii auxit statuitque, ut omnes episcopali dignitate donarentur. (3)

Nosmet ipsi autem, qui hoc negotium iam aliquo modo attigimus quibusdam editis normis circa Sacrum Cardinalium Collegium, praesertim iis, quae Apostolicis Litteris *Ingravescentem aetatem*, motu proprio datis, continentur (4) recognoscenda esse arbitramur nonnulla ad electionem Pontificis pertinentia, ut praesenti rerum statui congruant et bono Ecclesiae respondeant, confirmantes tamen principium, ex quo secundum veterem traditionem electio Romani Pontificis est penes Ecclesiam Romanam, scilicet penes Sacrum Collegium Cardinalium, illam repraesentantium.

Quae cum ita sint, Nos, exempla Decessorum Nostrorum secuti, certa scientia ac matura deliberatione Nostra ac de Apostolicae potestatis plenitudine normas edere statuimus, quae hac Constitutione continentur, quam substitui volumus pro Constitutione *Vacantis Apostolicae Sedis* a Pio XII, die 8 mensis Decembris anno 1945 edita (5), et pro praescriptionibus, quas Ioannes XXIII promulgavit per Apostolicas Litteras *Summi Pontificis electio*, die 5 mensis Septembris anno 1962 motu proprio datas (6).

Pars I
De Sede Apostolica vacante

CAPUT I
**DE POTESTATE SACRI
CARDINALIUM COLLEGII SEDE
APOSTOLICA VACANTE**

1. Dum Sedes Apostolica vacat, regimen

warunków oraz udoskonalić. Ażeby przytoczyć przykład, trzeba wskazać, że tak właśnie uczynił Pius XII, który włączył do Kolegium kardynalskiego wielu nowych Ojców, aby coraz bardziej reprezentowali różne kościoły świata - oraz Jan XXIII, który zwiększył liczbę członków tego Kolegium i zarządził, by wszyscy przyjmowali sakrę biskupią.

Omawianą tutaj sprawą zajęliśmy się już w jakiś sposób przez wydanie pewnych zarządzeń dotyczących Kolegium Kardynalskiego, a zawartych zwłaszcza w Piśmie Apostolskim wydanym z własnej inicjatywy „*Ingravescentem aetatem*”. Uważamy wszakże, że należy przystosować niektóre sprawy związane z wyborem Papieża, ażeby odpowiadały współczesnym warunkom i służyły dobru Kościoła - potwierdzając jednak zasadę, na podstawie której, zgodnie ze starożytną tradycją wybór Papieża należy do Kościoła Rzymskiego, czyli do reprezentującego go Kolegium Kardynalskiego.

Skoro tak sprawa wygląda - idąc w ślady naszych poprzedników - po dojrzałym namyśle, działając pełnią władzy apostolskiej, postanowiliśmy wydać normy zawarte w niniejszej Konstytucji. Chcemy, by one zastąpiły normy zawarte w Konstytucji Apostolskiej „*Vacantis Apostolicae Sedis*”, wydanej przez Piusa XII w dniu 8 grudnia 1945 roku oraz przepisy promulgowane przez Jana XXIII Pismem Apostolskim wydanym z własnej inicjatywy „*Summi Pontificis electio*”, w dniu 5 września 1962 roku.

Część I
Opróżnienie Stolicy Apostolskiej

Rozdział I
**Władza Kolegium Kardynalskiego
w czasie opróżnienia Stolicy
Apostolskiej**

1. W czasie opróżnienia Stolicy

Ecclesiae est penes Sacrum Cardinalium Collegium dumtaxat circa negotia ordinaria et ea, quae differri nequeunt, et circa praeparationem earum omnium rerum, quae ad novi Pontificis electionem necessariae sunt, servatis modis et limitibus huius Nostrae Constitutionis.

2. Itaque Sacrum Collegium per hoc tempus nullam potestatem aut iurisdictionem habet in ea, quae ad Summum Pontificem, dum viveret, pertinebant ; sed ea omnia uni Pontifici futuro debent reservari. Quapropter invalidum et irritum esse decernimus quidquid potestatis aut iurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis - nisi quatenus in hac Nostra Constitutione expresse permittatur - coetus ipse Cardinalium duxerit exercendum.

3. Praeterea statuimus, ne Sacrum Cardinalium Collegium de iuribus Sedis Apostolicae Romanaeque Ecclesiae ullo modo disponere valeat, nedum de iis sive directe sive indirecte quidquam detrahat, quamvis agatur de componendis discidiis aut de persequendis factis adversus eadem iura, post obitum Pontificis perpetratis. Curae autem sit omnibus haec iura tueri.

4. Item leges a Romanis Pontificibus latas, Sede Apostolica vacante, non licet ullo modo corrigi vel immutari, neque quidquam iis addi vel dispensari circa partes earum, maxime eas, quae ad ordinandum negotium electionis Summi Pontificis pertinent. Si quid contra hoc praescriptum fieri vel attentari contigerit, id suprema Nostra auctoritate nullum et irritum declaramus.

Apostolskiej zarząd Kościołem przejmuje Kolegium Kardynalskie w zakresie spraw zwyczajnych oraz tych, których nie można odłożyć, jak również odnośnie do wszystkich spraw związanych w sposób konieczny z wyborem nowego Papieża - z zachowaniem jednak sposobu postępowania i ograniczeń, ustalonych w niniejszej Konstytucji.

2. Tak więc w czasie wakansu Kolegium Kardynalskie nie posiada żadnej władzy lub jurysdykcji w sprawach, które za życia Papieża do Niego należały. Wszystkie tego rodzaju sprawy powinny być zarezerwowane przyszłemu Papieżowi. Z tej racji stwierdzamy, że będzie nieważne i pozbawione mocy cokolwiek zostałoby załatwione przez Kolegium Kardynalskie w zakresie władzy i jurysdykcji należącej do Papieża za Jego życia – chyba, że na coś wyraźnie zezwala niniejsza Konstytucja.

3. Zarządzamy ponadto, Kolegium Kardynalskie nie może w żaden sposób dysponować w zakresie praw Stolicy Apostolskiej i Kościoła Rzymskiego, ani też ich, bezpośrednio lub pośrednio, ograniczać (zawęźać), chociażby chodziło o załatwienie sporów lub dochodzenie faktów przeciwko wspomnianym prawom - zaistniałych po śmierci Papieża. Wszyscy natomiast winni się troszczyć o ochronę tych praw.

4. Również przepisy wydane przez Biskupów Rzymskich nie mogą być w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej w jakikolwiek sposób poprawiane lub zmieniane, ani też nie wolno niczego do nich dodawać lub dyspensować, zwłaszcza tym, co dotyczy sprawy wyboru Papieża. Gdyby wbrew powyższemu zarządzeniu czegoś dokonano albo usiłowano dokonać, Naszą najwyższą władzą uznajemy to za nieważne.

5. Si quae autem dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, aut circa rationem, qua ad usum deduci eae debeant, edicimus ac decernimus penes Sacrum Cardinalium Collegium esse potestatem de his ferendi sententiam; propterea, eidem Sacro Cardinalium Collegio facultatem tribuimus interpretandi locos dubios vel in controversiam vocatos, statuantes, ut, si de eiusmodi vel similibus quaestionibus deliberari oporteat, excepto ipso electionis actu, satis sit, si maior congregatorum Cardinalium pars in eandem sententiam conveniat.

6. Pariter, cum negotium est expediendum, quod ex voto maioris congregatorum Cardinalium partis in aliud tempus nequeat differri, Sacrum Cardinalium Collegium secundum maioris partis sententiam agat.

CAPUT II DE CARDINALIUM CONGREGATIONIBUS

7. Tempore Sedis vacantis, usque ad ingressum in Conclave, duplex agatur Cardinalium, horumque tantummodo, Congregatio: altera generalis, seu totius Sacri Collegii, altera particularis. Congregationibus generalibus omnes Cardinales, legitime non impediti, interesse debent, vixdum de vacatione Apostolicae Sedis certiores facti sunt, concessa tamen facultate eas participandi aut non participandi Cardinalibus, qui octogesimum aetatis annum impleverint.

Congregatio particularis constat Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario et tribus Cardinalibus, uno ex quoque ordine, sorte ductis inter eos omnes, qui iure Pontificem eligendi fruuntur ad normam n. 33 huiusce Constitutionis. Horum trium Cardinalium,

5. Jeśliby jednak powstały jakieś wątpliwości co do treści przepisów zawartych w niniejszej Konstytucji, ewentualnie odnośnie do sposobu ich zastosowania - to postanawiamy, że do Kolegium Kardynalskiego należy władza wydawania decyzji w tych sprawach. Z tej to racji Kolegium Kardynalskiemu udzielamy władzy interpretowania punktów wątpliwych lub dyskusyjnych. Postanawiamy przy tym, że ile razy wypadnie rozstrzygać tego rodzaju lub podobne kwestie, wystarcza - z wyłączeniem jednak samego aktu wyboru - większość głosów obecnych na głosowaniu kardynałów.

6. Podobnie gdy chodzi o załatwienie sprawy, której zdaniem większości zebranych kardynałów nie da się, odłożyć na inny czas, Kolegium Kardynalskie działa zgodnie z tym, za czym opowiada się większość Ojców.

Rozdział II Zebrania Kardynałów

7. W czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej, aż do czasu wejścia na Konklawe, odbywają się podwójne zebrania samych tylko kardynałów: ogólne, czyli całego Kolegium i partykularne. W zebraniach ogólnych winni uczestniczyć wszyscy kardynałowie - którzy nie są prawnie od tego zwolnieni - od momentu otrzymania wiadomości o opróżnieniu Stolicy Apostolskiej. Nie muszą w nich uczestniczyć kardynałowie, którzy ukończyli 80 rok życia.

Zebranie partykularne obejmuje Kardynała Kamerlinga Kościoła Rzymskiego oraz trzech kardynałów, t.j. po jednym z każdego stopnia, wybranych przez losowanie spośród tych, którzy zgodnie z postanowieniem zawartym w n. 33 obecnej Konstytucji, posiadają prawo

qui Assistentes appellantur, officium tertio die post Conclavis ingressum omnino cessat, in eorumque locum, semper sortitione, tertio quolibet die tres alii succedunt. In ipso vero Conclavi res gravioris momenti a conventu Cardinalium electorum, si casus fert, decernuntur; negotia ordinaria a Congregatione particulari Cardinalium pergunt expediri. Cardinales in Congregationibus generalibus et particularibus, Sede vacante, suam vestem talarem nigram cum torulo et zona rubri coloris deferant.

8. In Congregationibus particularibus levioris tantum momenti negotia, in dies seu passim occurrentia, tractentur. Si quid vero gravioris ponderis et altioris indaginis fuerit, id ad Congregationem generalem deferri debet. Praeterea, quae in una Congregatione particulari decreta, persoluta aut denegata fuerint, nequeunt in alia abrogari, mutari aut concedi, sed id faciendi ius est tantum penes Congregationem generalem, ac quidem per pluralitatem seu maiorem partem suffragiorum.

9. Cardinalium Congregationes generales in Aedibus Apostolicis Vaticanis habeantur aut, si rerum adiuncta id postulent, in alio loco opportuniore, iudicio ipsorum Cardinalium. His praeest Decanus Sacri Collegii aut, eo absente, Subdecanus. Quodsi alteruter vel uterque propter completum octogesimum aetatis annum in Conclave non ingrediatur, conventui Cardinalium electorum, qui ibi, ad rationem numeri 7, forte agatur, praeest Cardinalis antiquior secundum generalem ordinem praecedendi.

wyboru Papieża. Funkcja wspomnianych wyżej trzech kardynałów, zwanych Asystentami, wygasa całkowicie, trzeciego dnia po wejściu na Konklawe, a na ich miejsce wchodzi każdego dnia trzech nowych, zawsze z zastosowaniem losowania. W razie potrzeby w czasie samego Konklawe sprawy ważniejsze rozstrzyga zespół kardynałów wyborców. Natomiast sprawy zwyczajne załatwia partykularne zebranie kardynałów. Na zebrania ogólne i partykularne odbywane w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej, kardynałowie przywdziewają zwykłą sutannę czarną z obszyciem i pasem koloru czerwonego.

8. Na zebraniach partykularnych powinny być załatwiane sprawy mniejszej wagi, a więc takie, jakie przynosi dzień powszedni. Natomiast sprawy o większym znaczeniu i wymagające głębszego rozważenia powinny być przekazane zebraniu generalnemu. Następnie to, co zostało zadecydowane, rozwiązane lub odmówione na jednym zebraniu partykularnym, nie może być przez inne zebranie (partykularne) unieważnione, zmienione lub zezwolone. Jedynie zebranie ogólne ma prawo to uczynić i to większością głosów.

9. Zebrania ogólne kardynałów powinny się odbywać w Apostolskich budynkach Watykańskich, ewentualnie - gdyby tego wymagały okoliczności rzeczy - w innym bardziej dogodnym miejscu, zgodnie z osądem samych kardynałów. Zebraniom tym przewodniczy Dziekan Kolegium, a w czasie jego nieobecności Wicedziekan. Jeśli któryś z nich lub obydwaj nie udają się na Konklawe z racji przekroczenia 80 roku życia, wtedy zebraniu kardynałów wyborców, odbywanemu tam zgodnie z postanowieniem zawartym w numerze 7 przewodniczy najstarszy z kardynałów - zgodnie z ogólną zasadą precedencji.

10. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus maioris momenti agitur, non ore sed secreto ferantur.

11. Congregationes generales, quae ingressum in Conclave praecedunt ideoque praeparatoriae appellantur, cotidie celebrari debent, ac quidem a die, quem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius una cum tribus Cardinalibus in quoque ordine prioribus statuerit, etiam diebus, quibus exsequiae Pontificis defuncti celebrantur. Quod eo consilio fit, ut Cardinalis Camerarius sententiam Sacri Collegii possit exquirere, cum eo communicans illa, quae necessaria vel opportuna iudicaverit, utque singulis Cardinalibus facultas praebetur mentem suam circa negotia occurrentia aperiendi, de rebus dubiis explicationes petendi, res proponendi.

12. In primis Congregationibus generalibus huius Constitutionis pars prior, seu «De Sede Apostolica vacante», legenda est; qua perlecta, omnes Cardinales, qui adsunt, ius iurandum dare debent de observandis praescriptionibus, quae illa continentur, et de secreto servando. Hoc ius iurandum, quod praestandum est etiam Cardinalibus, qui, serius advenientes, eiusmodi Congregationibus postmodum intersunt, secundum hanc formulam a Cardinali Decano, ceteris Cardinalibus astantibus, legatur:

Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales promittimus, vovemus et iuramus nos universos et singulos ad amussim observaturos esse cuncta, quae in Constitutione Apostolica Romano Pontifici eligendo Summi Pontificis Pauli VI continentur atque secreto contecturos esse religiose omnia, quae in Congregationibus Cardinalium, sive ante sive inter Conclave, circa quamlibet rem tractabuntur necnon ea, quae ad electionem Romani Pontificis

10. Gdy chodzi o sprawy większej wagi, to głosowanie na zebraniach kardynałów winno być tajne a nie ustne.

11. Zebrania ogólne poprzedzające Konklawe i dlatego zwane przygotowawczymi powinny się odbywać codziennie i to od dnia ustalonego przez Kardynała Kamerlinga Kościoła Rzymskiego wraz z trzema Kardynałami posiadającymi pierwszeństwo w każdej z trzech grup. Zebrania odbywają się także w dniach pogrzebu Papieża. Dzięki temu Kardynał Kamerling ma możliwość uzyskać zdanie Kolegium Kardynalskiego, zakomunikować mu to, co uzna za konieczne lub pożyteczne, a poszczególni kardynałowie otrzymują możliwość wypowiedzenia się na temat bieżących spraw, uzyskania wyjaśnień w sprawach wątpliwych, jak również zgłaszania pewnych wniosków.

12. Na pierwszych posiedzeniach ogólnych należy odczytać część pierwszą niniejszej Konstytucji, zatytułowaną: „Opróżnienie Stolicy Apostolskiej”. Następnie wszyscy obecni kardynałowie winni złożyć przysięgę, że zachowają odczytane przepisy oraz obowiązującą ich tajemnicę. Wspomniana przysięga ma być składana także przez tych kardynałów, którzy później przybywszy uczestniczą w tych zebraniach. Obowiązuje zamieszczona poniżej formuła, którą czyta Kardynał Dziekan w obecności pozostałych Ojców:

My, Biskupi, Prezbiterzy oraz Diakoni, Kardynałowie świętego Kościoła Rzymskiego, przyrzekamy, ślubujemy i przysiegamy, że wszyscy i każdy z nas zachowamy dokładnie wszystko, co zarządza Konstytucja Apostolska Papieża Pawła VI „Romano Pontifici eligendo” oraz dochowamy tajemnicy odnośnie do wszystkiego, co będzie się działo na zebraniach Kardynałów, przed lub w czasie Konklawe, jak również odnośnie do spraw dotyczących w jakikolwiek sposób wyboru

qtiomodolibet pertinent.

Deinde singuli Cardinales dicent: *Et ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo ac iuro. Et imponentes manum super Evangelium adiungent: Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*

13. In una e proxime subsequentibus Congregationibus Cardinales, secundum ordinem rerum agendarum praestitutum, de iis decernere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt, id est:

a) Constituant diem, horam et modum, quo corpus defuncti Pontificis in Basilicam Vaticanam feratur, ibi obsequio fidelium exponendum;

b) Omnia paranda curent, quae necessaria sunt ad exsequias Pontificis defuncti, quae per novem dies continuos celebrentur; earumque initium praefiniant;

c) Duo nominent coetus, seu commissiones, trium Cardinalium, quarum prior designet eos, qui propter varia ministeria in Conclave ingrediantur et eum, qui his praesit, necnon accurate deliberet utrum forte aliquis conclavista sit admittendus, ad normam n. 45 huius Constitutionis; de quorum omnium qualitatibus antea diligenter inquirat. Altera vero commissio extruendum et claudendum Conclave cellasque disponendas curet;

d) Proponantur ab iis et approbentur expensae Conclavis;

e) Perlegant, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice Sacro Cardinalium Collegio relicta;

f) Anulum Piscatoris et Sigillum plumbeum, sub quibus Litterae Apostolicae expediuntur, curent frangenda;

g) Cellas Conclavis sorte distribuunt inter electores, nisi infirma valetudo alicuius electoris aliter suadeat;

h) Constituant diem et horam ingressus in Conclave.

Papieża.

Następnie poszczególni kardynałowie mówią: *Ja N. Kardynał N. przyrzekam, ślubuję i przysięgam.* Kładąc potem rękę na Ewangelię dodaje: *Tak mi dopomóż Panie Boże i ta święta Boża Ewangelia, której dotykam moją ręką.*

13. Na najbliższym potem zebraniu, Kardynałowie - zgodnie z ustalonym wcześniej porządkiem - winni zadecydować o tym, co jest związane z rozpoczęciem Konkławe, a więc:

a) Mają określić dzień, godzinę i sposób przeniesienia ciała zmarłego Papieża do Bazyliki Watykańskiej i wystawienia go tam celem uczczenia przez wiernych;

b) Winni się zatroszczyć o przygotowanie wszystkiego, co jest konieczne do uroczystości pogrzebowych zmarłego Papieża, które mają trwać przez pełnych dziewięć dni. Powinni też ustalić ich początek;

c) Mają zamianować dwa zespoły czyli Komisje, złożone z trzech kardynałów. Pierwsza komisja wyznaczy tychy którzy z racji wykonywania różnych funkcji wejdą na Konkławe oraz ich przewodniczącego, jak również zadecyduje, który z konklawistów ma być dopuszczony zgodnie z postanowieniem n. 45 niniejszej Konstytucji. Na temat przymiotów tych ostatnich należy przeprowadzić wcześniej wnikliwe badania. Druga zaś komisja winna się zatroszczyć o przygotowanie i zamknięcie Konkławe oraz poszczególnych pokojów.

d) Powinni zaproponować i zatwierdzić wydatki związane z Konkławe;

e) Mają przeczytać dokumenty - jeśli takie pozostały - zmarłego Papieża skierowane do Kolegium Kardynalskiego.

f) Jest ich obowiązkiem zatroszczyć się o zniszczenie pierścienia Rybaka i ołowianej pieczęci, używanych przy sporządzaniu pism apostolskich;

g) Powinni przez losowanie rozdzielić pomieszczenia między wyborców, chyba że względy zdrowotne doradzą co innego;

h) Mają ustalić dzień i godzinę wejścia na Konklawe.

CAPUT III DE NONNULLIS OFFICIIS, SEDE APOSTOLICA VACANTE

14. Ad mentem Constitutionis Apostolicae, cuius initium est *Regimini Ecclesiae Universae*, omnes Cardinales Dicasteriis Romanae Curiae praepositi, ipseque Cardinalis Secretarius Status, occurrente morte Pontificis, a munere suo cessant, exceptis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Paenitentiario Maiore et Vicario Generali dioecesis Romanae, qui ordinaria negotia pergunt expedire, ea Sacro Cardinalium Collegio proponentes, quae ad Summum Pontificem essent referenda (7).

15. Quodsi munus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii vel Paenitentiarii Maioris, quo tempore Pontifex diem obiit supremum vel ante Successoris electionem, vacare contingat, Sacrum Cardinalium Collegium quam primum eligere debet Cardinalem vel, si casus ferat, Cardinales, qui usque ad electionem novi Pontificis eiusmodi officia gerant. In singulis casibus memoratis, electio fit per secreta suffragia omnium Cardinalium, qui praesentes adsunt; quae suffragia feruntur ope schedularum, quas viri ecclesiastici a caerimoniis distribuant et colligant, necnon aperiant coram Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario ac tribus Cardinalibus Assistentibus, si eligendus est Paenitentiarius Maior, sed coram praedictis tribus Cardinalibus ac Sacri Collegii Secretario, si eligendus est Camerarius. IS autem electus habendus est, et ipso facto

Rozdział III O niektórych urządach w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej

14. W myśl Konstytucji Apostolskiej, zaczynającej się od słów „*Regimini Ecclesiae Universae*” z chwilą śmierci Papieża tracą swój urząd wszyscy kardynałowie przełożeni dykasteriów Kurii Rzymskiej, w tym również Kardynał Sekretarz Stanu, z wyjątkiem tylko Kamerlinga Kościoła Rzymskiego, Penitencjarza Wielkiego i Wikariusza generalnego diecezji rzymskiej, którzy w dalszym ciągu załatwiają sprawy zwyczajne przedstawiając Kolegium Kardynalskiemu jedynie to, co należałoby przedstawić Papieżowi.

15. Gdyby urząd Kamerlinga świętego Kościoła Rzymskiego lub Wielkiego Penitencjarza wygasł w dniu śmierci Papieża albo przed wyborem jego następcy, Kolegium Kardynalskie powinno jak najszybciej wybrać kardynała ewentualnie kardynałów, którzy swoje funkcje będą spełniać aż do wyboru nowego Papieża, W poszczególnych, wspomnianych wyżej wypadkach wyboru dokonują wszyscy obecni kardynałowie w tajnym głosowaniu. Głosy oddają na kartkach, które rozdają i zbierają ceremoniarze. Kartki z głosami otwierają przed Kamerlingiem Świętego Kościoła Rzymskiego i trzema kardynałami Asystentami - gdy ma być wybierany Wielki Penitencjarz albo przed wspomnianymi trzema kardynałami i przed Sekretarzem Kolegium, gdy ma być wybrany Kamerling. Ten zaś ma być uznany za wybranego, i tym samym otrzymuje wszystkie

omnibus facultatibus ad munus pertinentibus praeditus, in quem maior pars votorum seu suffragiorum convenerit. Quodsi forsitan suffragia paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit ordine prior, aut, si eiusdem ordinis, qui prius in Sacrum Collegium adlectus. Donec Camerarius eligatur, eius partes gerit Decanus Sacri Collegii, qui sine mora decernere potest, prout rerum adiuncta suadeant.

16. Quodsi Vicarium Generalem dioecesis Romanae, Sede vacante, e vivis decedere contigerit, Vices Gerens, tunc in hoc officio constitutus, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, quae eidem Vicario ad officium ei creditum exercendum competebant quasque ipse Pontifex, occurrente vacatione Vicariatus, donec successorem Vicarium nominet, Vices Gerenti tribuere solet. Si vero etiam Vices Gerens deest aut impeditur, Episcopus Auxiliaris electione Primus eiusmodi officia exsequetur.

17. Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Sede Apostolica vacante, incumbit cura et administratio bonorum et iurium temporalium ipsius Sanctae Sedis, auxiliantibus tribus Cardinalibus, qui Assistentes appellantur, praehabitis semel circa leviora ac, singulis in casibus, circa graviora negotia suffragiis Sacri Collegii. Hinc ad Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium spectat, statim ac nuntium obitus Summi Pontificis a Praefecto Domus Pontificalis acceperit, Pontificis mortem iure recognoscere, astantibus Magistro Caerimoniarum Pontificalium, Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae huiusque Secretario Cancellario, qui authenticum mortis actum conficiat; privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere; ipsius obitum

uprawnienia związane z danym urzędem, kto otrzymał większą część głosów. Gdyby przypadkiem głosy były równe ten otrzymuje urząd kto należy do wyższego stopnia (w Kolegium kardynalskim), a w wypadku równych stopni ten, kto wcześniej został włączony do Kolegium Kardynalskiego. Do czasu wyboru Kamerlinga zastępuje go Dziekan Kolegium Kardynalskiego, który też od razu może - w razie potrzeby podejmować decyzje.

16. Jeśli w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej umiera Wikariusz Generalny diecezji Rzymskiej, wtedyznaczony na jego miejsce zastępcaprzejmuje wszystkie i poszczególne uprawnienia oraz władze, jakie przysługiwały Wikariuszowi dla wykonywania powierzonego mu urzędu, a które sam Papież zwykł był udzielać Zastępcy do czasu zamianowania nowego wikariusza. Gdyby zaś nie było Zastępcy, o którym wyżej mowa, albo też został przeszkodzony, wtedy urząd przejmuje Biskup Pomocniczy - pierwszy gdy idzie o wybór na to stanowisko.

17. Do zadań Kardynała Kamerlinga Świętego Kościoła Rzymskiego w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej należy troska i zarząd dobrami oraz prawami doczesnymi Stolicy Apostolskiej. Korzysta przy tym z pomocy trzech kardynałów Asystentów. Do załatwiania spraw mniejszej wagi musi uzyskać jednorazowo, a do spraw ważniejszych każdorazowo upoważnienie Kolegium Kardynalskiego. Stąd Kardynał Kamerling powinien - zaraz po otrzymaniu od Prefekta Domu Papieskiego wiadomości o śmierci Papieża - stwierdzić prawnie śmierć Ojca świętego w obecności: Mistrza Papieskich Ceremonii, Duchownych Prałatów Kamery Apostolskiej, jej sekretarza Kanclerza, który też winien sporządzić autentyczny dokument śmierci; opieczetować prywatne

Cardinali in Urbe Vicario nuntiare, qui de re populum Romanum singularem edicto edocebit; ad Apostolicum Palatium Vaticanum accedere, ut huius possessionem capiat, necnon possessionem, sive per se sive per delegatum, utriusque Palatii ad Lateranum et ad Arcem Gandulfi, eorumque custodiam et regimen exerceat; statuere, auditis Cardinalibus, qui tribus ordinibus praesunt, ea omnia, quae pertinent ad sepulturam Pontificis, nisi forte is, dum vivebat, suam hac de re voluntatem manifestavit; ea omnia, nomine et consensu Sacri Collegii, curare, quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad huius administrationem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt.

18. Cardinalis Paenitentiarius Maior, eiusque officiales, Sede vacante, ea agere et expedire valent, quae a Pio XI, Decessore Nostro, per Constitutionem Apostolicam *Quae Divinitus*, die 25 mensis Martii anno 1935 editam, definita sunt (8).

19. Decani autem Sacri Collegii erit, vixit dum a Praefecto Domus Pontificalis de Pontificis morte fuerit edoctus, omnibus Cardinalibus hanc nuntiare, eosque convocare ad Congregationes Sacri Collegii agendas, necnon eos, qui iure fruuntur, ad Conclave suo tempore ingrediendum. Item Pontificis mortem is significabit Nationum Legatis seu Oratoribus ad Apostolicam Sedem publice missis, et iis, qui in iisdem Nationibus supremam obtinent auctoritatem.

pomieszczenia zmarłego Papieża; przekazać wiadomość o śmierci Kardynałowi Wikariuszowi Miasta, który specjalnym edyktem powiadomi o tym fakcie wiernych Rzymu; udać się do Apostolskiego Pałacu Watykańskiego, aby go objąć w posiadanie, a także - osobiście lub przez delegata - objąć obydwa pałace Laterańskie oraz zamek Gandolfo, aby je strzec i nimi zarządzać; zarządzić - po wysłuchaniu trzech kardynałów, którzy przewodniczą trzem stopniom kardynalskim, - odnośnie do wszystkich spraw związanych z pogrzebem Papieża, chyba że on sam wydał za życia rozporządzenia w tej sprawie; w imieniu i za zgodą Kolegium Kardynalskiego troszczyć się o wszystko, co dotyczy ochrony praw Stolicy Apostolskiej, jak również prawidłowego zarządzania dostosowanego do okoliczności rzeczy i czasu.

18. Kardynał Penitencjarz Wielki, jak również jego urzędnicy mogą w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej wykonywać i załatwiać to wszystko, co zostało określone przez naszego Poprzednika pap. Piusa XI w Konstytucji Apostolskiej „*Quae divinitus*”, wydanej w dniu 25 marca 1935 roku.

19. Dziekan Kolegium Kardynalskiego - skoro tylko zostanie powiadomiony przez Prefekta Papieskiego Domu o śmierci Papieża - przekazuje o tym wiadomość wszystkim kardynałom i zwołuje ich na zebrania Kolegium kardynalskiego. O śmierci Papieża powiadamia także tych, którzy mają prawo w swoim czasie wejść na Konklawe. Wreszcie wiadomość na ten temat przesyła zarówno legatom w poszczególnych krajach jak i osobom akredytowanym przy Stolicy Apostolskiej oraz tym, którzy kierują państwami przez nich reprezentowanymi.

20. Ut in Constitutione Apostolica, a verbis *Regimini Ecclesiae Universae* incipiente, cavetur, Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Sede vacante, Officii moderamini consulit, de quo Sacro Cardinalium Collegio respondet (9).

21. Item Pontificiorum Legatorum munus et potestas, Sede vacante, non cessant.

22. Eleemosynarius quoque Sanctitatis Suae opera caritatis exercere pergit, et quidem eadem ratione qua, vivente Pontifice, solebat; est autem Sacro Cardinalium Collegio subiectus pendetque ex eo usque ad electionem novi Pontificis. Erit autem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii mandatum, quod ad rem spectat, expedire.

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Summi Pontificis circa regimen Civitatis Vaticanae ad Sacrum Cardinalium Collegium spectat; quod tamen decreta ferre non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore tantum vacationis Sedis, in posterum valitura solummodo, si a novo Pontifice erunt confirmata.

CAPUT IV
**DE SACRARUM
CONGREGATIONUM
AC TRIBUNALIUM CURIAE
ROMANAE
FACULTATIBUS SEDE
APOSTOLICA VACANTE**

24. Sacras Congregationes, Sede Apostolica vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedire non possunt, nisi *facto verbo cum SS.mo* vel *ex Audientia SS.mi*, vel *vigore specialium et*

20. Zgodnie z postanowieniem Konstytucji Apostolskiej „*Regimini Ecclesiae Universae*”, substytut Papieskiego Sekretariatu Stanu w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej kieruje tym Dykasterium, będąc odpowiedzialny wobec Kolegium Kardynalskiego.

21. Również urząd i władza papieskich legatów nie wygasa w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej.

22. Także Jalmużnik Jego świątobliwości podejmuje dzieła miłosierdzia i to w takim zakresie jak za życia Papieża. Podlega jednak Kolegium Kardynalskiemu i jest od niego zależny do czasu wyboru nowego Papieża. Potrzebne jest wszakże polecenie Kamerlinga Świętego Kościoła Rzymskiego.

23. W czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej cała władza cywilna Papieża odnośnie do zarządzania Państwem Watykańskim należy do Kardynalskiego Kolegium. Może ono jednak wydawać zarządzenia tylko w razie nagłej konieczności. Mają one wtedy moc obowiązującą tylko w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej; później zaś jedynie w wypadku zatwierdzenia ich przez nowego Papieża.

Rozdział IV
**Uprawnienia Kongregacji i
Trybunałów Kurii Rzymskiej w czasie
opróżnienia Stolicy Apostolskiej**

24. W czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej Kongregacje Rzymskie nie posiadają żadnej władzy w odniesieniu tych spraw, które za życia Papieża mogły być załatwione w porozumieniu się z Papieżem

extraordinariarum facultatum, quae a Romano Pontifice earundem Congregationum Praefectis vel Secretariis solent concedi.

25. Facultates vero ordinariae cuiusque Sacrae Congregationis, occurrente morte Pontificis, non cessant; verumtamen statuimus, ut Congregationes iis facultatibus solum ad gratias concedendas, quae minoris momenti sunt, utantur, negotia vero graviora vel in controversiam votata, quae in aliud tempus queant differri, futuro Pontifici omnino reserventur; quae si nullam moram admittant, a Sacro Cardinalium Collegio committi poterunt Cardinali, qui usque ab obitum Pontificis fuit Praefectus (10), ceterisque Cardinalibus eiusdem Dicasterii, cui ea Summus Pontifex defunctus probabiliter examinanda mandavisset, ut *per modum provisionis*, in eiusmodi rerum adiunctis, donec Pontifex eligatur, decernant ea, quae iuribus et traditionibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis aptiora magisque consentanea censuerint.

26. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae et Tribunal Sacrae Romanae Rotae, Sede vacante, negotia sua exsequi pergunt secundum leges sibi proprias, servatis tamen iis, quae cann. C. I. C. 244 § 1 et 1603 § 2 praescripta sunt.

CAPUT V DE EXSEQUIIS ROMANI PONTIFICIS

27. Romano Pontifice demortuo, Cardinales exsequias pro eius anima per novem dies continuos celebrabunt, iuxta *Ordinem exsequiarum Summi Pontificis vita functi*, qui, perinde ac *Ordo sacrorum rituum Conclavis*, ut pars complens huic

albo na udzielonej przez go audiencji, albo na podstawie specjalnych i nadzwyczajnych uprawnień, których Ojciec święty zwykł udzielać Prefektom lub Sekretarzom Kongregacji.

25. Nie ustają natomiast z chwilą śmierci Papieża uprawnienia zwyczajne każdej Kongregacji. Zarządzamy jednak żeby Kongregacje korzystały z tych uprawnień tylko w zakresie udzielania łask mniejszej wagi. Natomiast sprawy pomniejsze i podlegające dyskusji - jeśli można je odłożyć - należy bezwzględnie zarezerwować przyszłemu Papieżowi. Gdyby zaś chodziło o sprawy nie cierpiące zwłoki, to Kolegium Kardynalskie może je powierzyć Kardynałowi, który za życia Papieża pełnił funkcje Prefekta oraz pozostałym kardynałom tego Dykasterium któremu zmarły Papież prawdopodobnie zleciłby ich zbadanie - ażeby prowizorycznie w zaistniałych okolicznościach rzeczy, aż do czasu wyboru nowego Papieża, rozstrzygnęli to, co uznają za bardziej odpowiednie i zgodne, gdy idzie o strzeżenie i ochronę praw i tradycji kościelnych.

26. Najwyższy Trybunał Sygnatury Apostolskiej oraz Trybunał Roty Rzymskiej w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej załatwiają sprawy w dalszym ciągu zgodnie z własnymi prawami, z zachowaniem jednak przepisów zawartych w kan. 244 § 1 oraz 1603 § 2 K.P.K.

Rozdział V Pogrzeb Biskupa Rzymskiego

27. Po śmierci Papieża Kardynałowie przez dziewięć ciągłych dni odprawiają za jego duszę nabożeństwa pogrzebowe, zgodnie z „Obrzędem pogrzebowym zmarłego Papieża”, który podobnie jak i „Obrzęd Konklawe” jest dołączony do niniejszej

Constitutioni adicitur.

Huiusmodi mandato una cum praescriptionibus, de quibus supra, accepto, compromissarii in locum separatum et clausum se conferunt, et quo liberius inter se loqui possint, aperte protestentur se non intendere per quamcumque prolationem verborum suum consensum dare, nisi in scriptis illum expresse ponant. Facta demum per compromissarios electione, secundum formam iis praescriptam, et in Conclavi promulgata, hoc modo electus est canonicus et verus Papa.

65. Tertius et ordinarius modus seu forma electionis Romani Pontificis est ea, quae vocatur *per scrutinium*. Qua in re plenissime confirmamus legem olim latam ac deinde religiose servatam, qua statuitur, ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae ex tribus partibus suffragiorum; simulque normam, a Pio XII, Decessore Nostro, editam, vim obtinere volumus, qua praescribitur, ut duabus ex tribus suffragiorum partibus semper unum addatur suffragium (12).

66. Scrutini ritus tres continet actiones, quarum prima, quae *antescrutinium* potest appellari, complectitur: 1) praeparationem ac distributionem schedularum, quae fit per viros a caerimoniis, qui saltem duas vel tres earum singulis Cardinalibus electoribus tradunt; 2) extractionem, sorte ducta inter omnes Cardinales electores, trium scrutatorum et trium deputationum pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia infirmarii appellantur, necnon trium recognitorum; quae actio fit publice ab ultimo Cardinali Diacono, qui nomina novem ad haec officia

kompromisariuszom. Na końcu dołącza się taką lub podobną formułę: „Przyrzekamy, że uznamy Biskupem Rzymskim tego, którego kompromisariusze wybiorą, z zachowaniem przedstawionej powyżej formy”.

Otrzymawszy zlecenie wraz z dodatkowymi wskazaniem, o którym wyżej była mowa, kompromisariusze udają się do miejsca oddzielonego i zamkniętego. Ażeby zaś mogli swobodniej między sobą rozmawiać, otwarcie winni oświadczyć, że nie zamierzają wyrażać swojej zgody słownie, lecz tylko w sposób wyraźny na piśmie. Po dokonaniu wyboru przez kompromisariuszy, zgodnie z przepisana dla nich formą, i ogłoszeniu go na Konklawe, tym sposobem zostaje wybrany kanoniczny i prawdziwy Papież.

65. Trzeci i zwyczajny sposób czyli forma wyboru Papieża stanowi głosowanie. W tej sprawie w pełni potwierdzamy prawo kiedyś wydane, a później dokładnie zachowywane, na mocy którego do ważnego wyboru Biskupa Rzymskiego wymaga się dwóch trzecich głosów. Jednocześnie potwierdzamy normę wydaną przez naszego Poprzednika, pap. Piusa XII, na podstawie której do dwóch trzecich głosów należy zawsze dołączyć jeszcze jeden głos.

66. Obrzęd głosowania obejmuje trzy czynności, z których pierwsza, poprzedzająca głosowanie obejmuje: 1) przygotowanie i rozdanie kartek, co czynią ceremoniarze, wręczając każdemu z kardynałów wyborców przynajmniej dwie lub trzy kartki, 2) wyciąganie, czyli losowanie spośród wszystkich kardynałów wyborców trzech skrutatorów, oraz trzech wyznaczonych do zbierania głosów od chorych kardynałów - zwanych tu w skrócie infirmarzami i trzech sprawdzających głosy; czynność ta jest dokonywana publicznie przez ostatniego z

deputandorum ex ordine extrahit; 3) schedularum scriptionem, quae ab unoquoque Cardinali electore fieri debet secreto, qui quidem nomen eligendi eo modo, quantum fieri potest, exaret, ut manus scribentis facile cognosci non possit, et caveat, ne plura nomina in schedula scribat, quia suffragium esset nullum; 4) schedularum complicationem, quae fit in medio cuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollicis redigatur.

67. In hac scrutinii actione hae normae prae oculis habeantur: a) forma schedulae debet esse rectiangularis, id est altera parte latior quam longior, in medio autem anterioris eius partis haec verba, si fieri potest typis impressa, contineat: *Eligo in Summum Pontificem...*, in parte vero inferiore a medio liberum sit spatium, ubi electi nomen inscribatur; schedula ergo sic disposita est, ut ambae partes complicentur; b) quodsi in extractione scrutatorum, infirmariorum et recognitorum extracta fuerint nomina Cardinalium electorum, qui ob infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis fungi non possint, nomina aliorum, qui non sint impediti, illorum loco extrahantur. Tres, quorum nomina prius extracta fuerint, officium gerent scrutatorum, qui secundo, munus infirmariorum, qui tertio, recognitorum munus obibunt; c) dum suffragia feruntur, Cardinales electores soli in sacello esse debent; quocirca, statim postquam schedulae distributae sunt et antequam electores in iis scribere incipiant, Secretarius Conclavis, Magister Caerimoniarum Pontificalium et viri a caerimoniis ex aula exire debent. Quibus egressis, ultimus Cardinalis Diaconus ianuam claudat, quam aperiat iterumque claudat, quoties necessarium est, veluti cum infirmarii ad suffragia infirmorum colligenda exeunt ac deinde in sacellum

kardynałów diakonów, który wyciąga dziewięć nazwisk osób przewidzianych do wspomnianych poprzednio funkcji; 3) wypełnienie kartek, co winno być dokonywane sekretnie przez każdego z kardynałów wyborców i wedle możliwości w ten sposób, aby nie można było poznać pisma; należy przy tym uważać, by nie pisać więcej niż jednego nazwiska, ponieważ wtedy głos jest nieważny; 4) składanie kartki na pół, tak że osiąga ona prawie szerokość dużego palca (kciuka).

67. W tej czynności stanowiącej wstępną część głosowania, należy mieć na uwadze następujące normy: a) kartka winna mieć kształt trójkąta prostokątnego, tj. jedną częścią szersza niż dłuższa; wewnątrz, na środku powinna zawierać - wedle możliwości drukowane - słowa: „Wybieram na Papieża...”; poniżej ma być część wolna dla wpisania nazwiska elekta; tak więc kartka powinna być wykonana w ten sposób, ażeby obie części się składały; b) jeśli w czasie losowania skrutatorów, wyznaczonych do zbierania głosów od chorych kardynałów i do sprawdzania głosów zostaną wyciągnięte nazwiska chorych kardynałów lub takich, którzy na skutek innych racji nie mogą wykonywać wspomnianych funkcji, należy w ich miejsce wyciągnąć nazwiska innych kardynałów, którzy nie mają przeszkód. Trzech, których nazwiska najpierw zostaną wylosowane będą pełnili funkcję skrutatorów, trzech następnych otrzyma funkcje zbierania głosów od chorych wyborców, wreszcie trzech ostatnich będzie sprawdzać głosy; c) w czasie wypełniania kartek do głosowania, kardynałowie wyborcy powinni sami tylko być w kaplicy; z tej racji zaraz po rozdaniu kartek a przed rozpoczęciem wypełniania ich przez wyborców, pomieszczenie winni opuścić Sekretarz Konklawe, Mistrz Ceremonii Papieskich oraz ceremoniarze. Po ich wyjściu ostatni z kardynałów

revertuntur.

68. Secunda actio, quae vere proprieque dicitur scrutinium, complectitur: 1) positionem schedularum in urnam; 2) schedularum mixtionem ac numerationem; 3) scrutinii publicationem. Unusquisque Cardinalis elector, ordine praecedendi servato, schedulam, postquam eam scripsit et complicavit, elevata manu, ita ut videri possit, ad altare deferat, apud quod sunt scrutatores, et in quo est urna disco cooperta, ad schedulas recipiendas. Ibi genuflexus, Cardinalis elector aliquantulum oret; deinde surgens, elata voce iuret in hanc formam: *Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eum eligere, quem secundum Deum Ludico eligi debere.* Post haec schedulam in disco ponat et per hunc in urnam ingerat, quo facto ad altare inclinet et ad suum locum revertatur. Si vero aliquis Cardinalis elector ex iis, qui in sacello praesentes adsunt, ad altare ob infirmam valetudinem pergere nequit, ultimus scrutator ad eum accedit; et elector ille, praedicto iure iurando dato, schedulam complicatam eidem scrutatori tradit, qui eam palam ad altare defert, et sine oratione et iure iurando in disco ponit, et per eum in urnam mittit.

69. Si autem aliqui Cardinales electores infirmi sunt in cellis suis, tres infirmarii ad eos accedunt cum capsula, in cuius parte superiore sit foramen, per quod schedula complicata possit in eam immitti; quam capsulam antequam scrutatores infirmariis tradant, palam aperiant, ut ceteri electores possint eam vacuam conspicere, deinde

diakonów zamyka drzwi, które znowu otwiera i zamyka, gdy trzeba odebrać głosy od chorych wyborców.

68. Druga czynność, która stanowi głosowanie we właściwym tego słowa znaczeniu, obejmuje: 1) złożenie kartek do urny; 2) zmieszanie kartek i liczenie ich; 3) ogłoszenie wyników głosowania. Zachowując precedencję, każdy z kardynałów wyborców - po wypełnieniu i złożeniu kartki niesie do ołtarza swój głos w ręce podniesionej w ten sposób, by była widoczna. Na ołtarzu znajduje się urna nakryta pateną, przewidziana do składania głosów. Przy urnie stoją skrutatorzy. Podszedłszy do ołtarza kardynał wyborca klęka i chwilę się modli. Powstawszy następnie, wypowiada głośnie następującą formułę przysięgi: „Wzywam na świadka Chrystusa Pana, który będzie mnie sądził, że wybieram tego, którego - jak sądzę w obliczu Boga - wybrać powinienem”. Po tych słowach kładzie kartkę na patenie, którą następnie przechyla, tak że kartka wpada do kielicha. Po wykonaniu tej czynności czyni ukłon przed ołtarzem i wraca na swoje miejsce. Jeśli w kaplicy znajduje się jakiś kardynał wyborca, który z powodu choroby nie może podejść do ołtarza, wtedy podchodzi do niego ostatni skrutator. Wspomniany wyborca, wypowiada najpierw słowa przysięgi, o której wyżej, a następnie podaje głos (złożoną kartkę) skrutatorowi, który trzymając ją w górze niesie do ołtarza i wrzuca do urny, pomijając modlitwę i przysięgę.

69. Jeśli jacyś z kardynałów wyborców z racji choroby pozostają w swoich pokojach, udaje się do nich trzech infirmarzy ze szkatułą posiadającą w górnej części otwór, przez którą można włożyć złamaną na pół kartkę. Przed przekazaniem szkatuły infirmarzom, skrutatorzy otwierają ją tak, aby wszyscy wyborcy mogli zobaczyć, że

claudant et clavem super altare ponant. Hinc infirmarii cum capsula clausa et congruenti numero schedularum in parvo disco collocatarum ad unumquemque infirmum accedunt; qui acceptam schedulam secreto scribat, complicit et, dato antea iure iurando praedicto, in capsulam per foramen mittat. Quodsi quis infirmus scribere non valeat, unus e tribus infirmariis aut alius Cardinalis elector, ab infirmo deputatus, praestito de secreto servando in manibus ipsorum infirmariorum iure iurando, praedicta faciat. Quibus peractis, infirmarii capsulam in sacellum portent, quam scrutatores aperiant et schedulas, quae in ea continentur, numerent; et tot repertas, quot sunt infirmi, singillatim in disco ponant, et per hunc simul omnes in urnam immittant. Ne autem scrutinii actio nimis protrahatur, infirmarii poterunt proprias schedulas statim post primum Cardinalium conficere et in urna ponere, deinde, dum ceteri electores scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum vota eo modo, qui supra est dictus.

70. Postquam omnes Cardinales electores schedulas suas in urnam immiserunt, Primus scrutator hanc pluries agitet, ut schedulae permisceantur; quo facto, ultimus scrutator statim eas numeret, unamquamque schedulam singillatim ex urna palam sumens et in vase vacuo, ad hoc apparato, deponens. Quodsi schedularum numerus non respondeat numero electorum, omnes comburendae sunt, et iterum, id est altera vice, ad suffragia ferenda procedatur; si vero schedularum numerus numero electorum respondet, subsequitur publicatio scrutinii, quae hoc modo fit.

jest pusta. Następnie skrutatorzy zamykają szkatułę i klucz kładą na ołtarzu. Z kolei infirmarze zabierają zamkniętą szkatułę oraz odpowiednią ilość kartek do głosowania i udają się do każdego z chorych wyborców. Każdy z nich wypełnia kartkę z zachowaniem tajemnicy, składa ją i po przysiędze, o której była mowa, wpuszcza do szkatuły. Gdyby któryś z chorych kardynałów nie mógł pisać, wtedy jeden z trzech infirmarzy albo inny z kardynałów wyborców, wyznaczony przez chorego kardynała - złożąwszy najpierw przysięgę na ręce infirmarzy o zachowaniu tajemnicy - wykonuje wspomniane czynności. Następnie infirmarze przynoszą szkatułę do kaplicy. Tutaj otwierają ją skrutatorzy i liczą znajdujące się w niej kartki. Gdy ich cyfra zgadza się z liczbą chorych kardynałów, kładą pojedynczo kartki na patenę i przechylając później wrzucają razem wszystkie głosy do urny. Aby w tym wypadku głosowanie nie przedłużało się zbyt długo, infirmarze mogą oddać swoje głosy zaraz po pierwszym z kardynałów. Potem zaś, w czasie trwania głosowania, udają się do chorych, by odebrać od nich głosy w opisany poprzednio sposób.

70. Po włożeniu do urny kartek przez wszystkich kardynałów wyborców, pierwszy skrutator potrząsa urną kilkakrotnie, aby kartki się wymieszają. Z kolei ostatni skrutator przystępuje natychmiast do liczenia głosów. W tym celu, na oczach wszystkich, wyjmuje pojedynczo kartki z urny i wkłada je do pustego naczynia, specjalnie przygotowanego. Jeśli ilość kartek nie zgadzała się z liczbą wyborców, wszystkie kartki należy spalić i przystąpić do ponowienia głosowania. Gdy natomiast ilość kartek odpowiada liczbie wyborców, wtedy następuje ogłoszenie głosowania w przedstawiony poniżej sposób.

71. Scrutatores ad mensam ante altare positam sedent: quorum primus unam schedulam accipit, explicat et, viso in ea electi nomine, eam secundo scrutatori tradit, qui, pariter electi nomine perspecto, eandem schedulam tradit tertio, qui illam elata et intellegibili voce legit, ut omnes electores praesentes suffragium annotare possint in folio ad hoc apparato. Notat autem et ipse nomen e schedula recitatum. Quodsi in scrutinii publicatione scrutatores inveniant duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantum datas fuisse appareat, siquidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae pro uno suffragio habeantur; si vero diversa ibi inscripta sint nomina, neutrum suffragium est validum; scrutinium tamen ipsum neutro in casu vitiatur.

Peracta scrutinii publicatione, suffragia a scrutatoribus secundum nomina illorum, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigantur et in folio separato notentur.

Ultimus vero scrutator singulas schedulas, postquam eas perlegit, eo loco, ubi est verbum *eligo*, acu cum filo perforat et in hoc ipsum inserit, quo cautius conserventur. Finita nominum lectione, fili capita nodo iunguntur et schedulae omnes, ita colligatae, in urna vacua vel in mensae parte ponuntur.

72. Sequitur tertia et postrema actio, quae *Post-scrutinium* appellatur quaeque complectitur: 1) numerationem suffragiorum; 2) eorum recognitionem; 3) schedularum combustionem.

Scrutatores in unam summam redigunt suffragia, quae quilibet obtinuit, et si nemo ad duas partes suffragiorum, uno addito, pervenerit, non est electus Papa in illo scrutinio; si quis vero duas partes ex

71. Skrutatorzy siedzą przy mense ołtarza. Pierwszy z nich bierze jedną kartkę, rozwija i zobaczywszy na niej nazwisko elekta, podaje kartkę drugiemu skrutatorowi, który przeczytawszy również nazwisko elekta, przekazuje kartkę trzeciemu skrutatorowi, który odczytuje głośno i wyraźnie zamieszczone na niej nazwisko w ten sposób, aby wszyscy wyborcy mogli odnotować głos na rozdanych im kartach. Również sam skrutator zapisuje odczytane z kartki nazwisko. Gdyby w czasie ogłaszania głosowania skrutatorzy znaleźli dwie kartki tak złożone, że jest rzeczą pewną, iż były wrzucone przez jednego wyborcę, wtedy sprawę należy rozstrzygnąć następująco. Jeśli na obydwu kartkach wypisano to samo nazwisko, obydwie kartki trzeba uznać za jeden głos. Gdy natomiast wypisano różne nazwiska, żaden z głosów nie jest ważny. Jednakże samo głosowanie zarówno w pierwszym jak w drugim wypadku jest ważne.

Po publikacji głosowania, poszczególne głosy zostają posortowane w ten sposób, żeby oddane na te same nazwiska znalazły się na osobnych kartach.

Ostatni ze skrutatorów, po odczytaniu każdego głosu, przebija go igłą z nawleczoną nitką w miejscu, gdzie znajduje się słowo „eligo”, i nawleka na nitkę, dzięki czemu wszystkie razem się trzymają. Po odczytaniu wszystkich nazwisk, zawiązuje się końce nitki i połączone w ten sposób kartki kładzie do pustej urny albo na mense ołtarza.

72. Następuje trzecia i ostatnia czynność głosowania („post-scrutinium”), która obejmuje: 1) obliczanie głosów (oddanych na poszczególnych wyborców); 2) ich weryfikację i 3) spalenie kartek.

Skrutatorzy podsumowują głosy, jakie otrzymał każdy z kandydatów. Jeśli żaden nie otrzymał dwóch trzecich głosów plus jeden, wtedy w danym głosowaniu nie wybrano Papieża. Gdy natomiast ktoś

tribus, uno insuper addito, acceperit, electio Romani Pontificis habetur estque canonice valida.

Recognitores, sive electio secuta est, sive non, inspicere debent tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per scrutatores, ut constet, an iidem accurate et fideliter muneri suo satisfecerint.

Statim post recognitionem omnes schedulae comburantur, antequam Cardinales electores ex aula discedant, a scrutatoribus adiuvantibus Secretario Conclavis et viris a caerimoniis, interim arcessitis ab ultimo Cardinali Diacono. Si tamen secundum scrutinium statim sit agendum, schedulae primi scrutinii solum in fine, una cum schedulis secundi scrutinii, comburantur.

73. Omnibus et singulis Cardinalibus electoribus praecipimus, ut, ad secretum tutius servandum, omne genus scripturas, quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, Cardinali Camerario vel uni e tribus Cardinalibus Assistentibus una cum schedulis comburendas tradant.

Decernimus insuper, ut completo Conclavi Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius relationem exaret, a tribus quoque Cardinalibus Assistentibus approbandam, quae suffragiorum exitum declaret in singulis sessionibus latorum. Quae relatio, in tabulario asservanda, involucro claudatur obsignato, quod a nullo resignari poterit, nisi Summus Pontifex id definite permiserit.

74. Confirmantes ea, quae Decessores Nostri S. Pius X (13) et Pius XII (14)

otrzymał dwie trzecie głosów plus jeden, wtedy nastąpił wybór Papieża kanonicznie ważny.

Wyznaczeni do sprawdzania głosów wykonują swoją funkcję zarówno wtedy, gdy dokonano wyboru, jak i wtedy gdy on nie nastąpił. Obowiązani są mianowicie przejrzeć kartki do głosowania oraz poczynione przez skrutatorów zapisy, aby ustalić, czy skrutatorzy dobrze wypełnili swoje obowiązki.

Zaraz po sprawdzeniu głosów należy spalić wszystkie kartki, zanim kardynałowie wyborcy opuszczą pomieszczenie. Czynność tę wykonują skrutatorzy przy pomocy Sekretarza Konkławe i ceremoniarzy wezwanych w międzyczasie przez ostatniego z kardynałów diakonów. Jeśli jednak ma zaraz nastąpić drugie głosowanie, wtedy kartki pierwszego głosowania winny być spalone razem z kartkami drugiego głosowania.

73. Mając na uwadze bezpieczniejsze zachowanie tajemnicy, nakazujemy wszystkim i poszczególnym kardynałom, ażeby wszelkiego rodzaju zapiski dotyczące wyników każdego głosowania przekazali Kardynałowi Kamerlingowi lub jednemu z trzech kardynałów Asystentów, by zostały spalone wraz z kartkami.

Zarządzamy ponadto, ażeby po zakończeniu Konkławe, Kardynał Kamerling Świętego Kościoła Rzymskiego sporządził - protokół poświadczony także przez trzech kardynałów Asystentów. Należy w nim zaznaczyć wynik głosowania podczas poszczególnych sesji. Wspomniany wyżej protokół, który winien być przechowywany w archiwum, ma być umieszczony w futerale opieczętowanym. Nikomu nie wolno go wyjmować, o ile nie zezwoli na to wyraźnie Ojciec Święty.

74. Potwierdzając postanowienie Naszych Poprzedników św. Piusa X oraz Piusa XII,

statuerunt, praescribimus, ut sive mane sive vespere, post completum scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales electores statim ad novum scrutinium peragendum procedant, in quo rursus suffragia ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Hoc in secundo scrutinio omnes ritus servantur ut in primo, ita tamen ut electores non teneantur obligatione novum dandi ius iurandum neque novos eligendi scrutatores, infirmarios et recognitores; sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

75. Haec omnia, quae de scrutiniis ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter Cardinalibus electoribus in omnibus scrutiniis, quae singulis diebus peragi debent mane et post meridiem, peractis sacris ritibus seu precationibus, de quibus in memorato *Ordine sacrorum rituum Conclavis* agitur.

76. Quodsi contingat, ut Cardinales electores cum difficultate de persona eligendi concordia ineant consilia, tunc per tres dies scrutiniis secundum formam supra descriptam (n. 65 et sqq.) frustra peractis, scrutinia ipsa tempore summum unius diei intermittuntur, ut preces Deo admoveantur, electores inter se libere colloquantur fiatque per Cardinalem primum ex ordine Diaconorum brevis adhortatio spiritualis. Post quae, scrutinia secundum eandem formam exsequenda resumuntur; quae, nisi electio interveniat, sint septem. Dehinc rursus intervallum interponitur, ut precationi, colloquio et adhortationi, per Cardinalem primum ex ordine Presbyterorum faciendae, sit locus. Demum septem, si casus fert, scrutinia secundum praedictam formam peraguntur; quae si ad irritum ceciderint, denuo

zarządzamy, ażeby zarówno rano jak i wieczorem, po głosowaniu, na którym nie dokonano wyboru, Kardynałowie wyborcy przystępowali natychmiast do nowego głosowania. Należy na nim ponownie oddawać głosy, nie licząc w żadnym wypadku tych, które były oddane w pierwszym głosowaniu. Na tym drugim głosowaniu trzeba zachować formalności stosowane w pierwszym, z tym jednak, że wyborcy nie są obowiązani na nowo przysięgać, ani też nie muszą ponownie wybierać skrutatorów, infirmarzy i sprawdzających głosy, lecz wszystko, czego w tej sprawie dokonano w pierwszym głosowaniu zachowuje swoją moc także w odniesieniu do drugiego głosowania.

75. Wszystko, co wyżej przedstawiono na temat obrzędu głosowania winno być dokładnie zachowane przez Kardynałów wyborców we wszystkich głosowaniach, jakie w poszczególnych dniach mają miejsce rano i po południu, łącznie z modłami, o których mowa we wspomnianym już „Obrzędzie Konklawe”.

76. Jeśli się zdarzy, że kardynałowie wyborcy z trudnością osiągają zgodność co do osoby wybieranej, wtedy po trzech dniach bezowocnych głosowań odbywanych według przepisanej wyżej formy (n. 65 nn.) przerywa się głosowania na okres najwyżej jednego dnia, ażeby zanieść modły do Boga, a wyborcom dać możliwość swobodnego porozmawiania. W tym dniu ma wygłosić adhortację duchowną pierwszy ze stopnia kardynałów diakonów. Po wspomnianym dniu należy przystąpić do głosowań według tej samej formy. Jeżeli nie dokonano wyboru kolejnych głosowań ma być siedem. Potem znowu następuje przerwa na modlitwę, rozmowę i adhortację, którą głosi kardynał pierwszy ze stopnia prezbiterów. Z kolei, gdy zachodzi potrzeba znowu odbywa się siedem głosowań według tej samej formy.

orationes ad Deum fundantur, colloquia serantur, adhortatio a Cardinali primo ex ordine Episcoporum electoribus adhibeatur. Tunc Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius eosdem electores cōsulat de modo procedendi. Ne recedatur a consueta ratione, qua duae e tribus partibus suffragiorum, uno addito, ad efficax scrutinium requiruntur, nisi omnes Cardinales electores unanimiter, id est nullo excepto, de alia ratione consentiant, quae in compromisso (cfr. n. 64) aut in maioritate absoluta, uno addito, suffragiorum consistit, vel in electione, quae circa duos tantum vertatur, qui in scrutinio proxime praecedenti maiorem partem suffragiorum acceperunt.

Gdyby były nie skuteczne, znowu następuje przerwa na modlitwę, rozmowę i adhortację, którą głosi kardynał pierwszy ze stopnia biskupów. Wtedy też Kardynał Kamerling Kościoła Rzymskiego naradza się z wyborcami na temat dalszego sposobu postępowania. Nie należy odstępować od tradycyjnej formy, w której wymaga się aż do skutku dwóch trzecich głosów plus jeden, chyba że kardynałowie wyborcy jednogłośnie, czyli bez żadnego wyjątku, zgodzą się na inny sposób postępowania. A więc mogą się zgodzić na kompromis (por. n. 64) albo na zastosowanie większości głosów tylko absolutnej plus jeden, ewentualnie zadecydują, że głosowanie odbędzie się tylko na tych dwóch kandydatów, którzy w bezpośrednio poprzedzającym głosowaniu otrzymali najwięcej głosów.

77. Quodsi electio aliter celebrata fuerit, quam uno e tribus modis, qui supra sunt dicti (cfr. nn. 63 sqq.), aut non servatis condicionibus pro unoquoque illorum praescriptis, electio eo ipso est nulla et invalida (cfr. n. 62) absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuit .

77. Gdyby inaczej dokonano wyboru, niż to przewiduje jeden z trzech przedstawionych wyżej sposobów (por. nn. 63 nn.) albo nie zachowawszy warunków przepisanych dla każdego z nich, wtedy tym samym wybór jest nieważny (por. n. 62) bez konieczności żadnych wyjaśnień i wybranemu w ten sposób nie daje żadnego prawa.

78. Quae de actis electionem praecedentibus et de ipsa Romani Pontificis electione hactenus dicta sunt, ea omnia servanda esse declaramus, etiam si vacationem Sedis Apostolicae per renuntiationem Summi Pontificis occurrere contingat.

78. Wyjaśniamy, że wszystko, co tutaj postanowiono odnośnie do czynności poprzedzających wybór Biskupa Rzymskiego oraz do samego wyboru winno być zachowane także i wtedy, gdyby Stolica Apostolska została opróżniona przez zrzeczenie się Papieża.

CAPUT VI
**DE IIS, QUAE SERVANDA VEL
VITANDA SUNT IN ELECTIONE
ROMANI PONTIFICIS**

Rozdział VI
**Co należy zachować lub czego należy
unikać przy wyborze Biskupa
Rzymskiego**

79. Nos quoque, ut Decessores Nostri, reprobamus atque damnamus in electione

79. Podobnie jak nasi poprzednicy, również i My odrzucamy i potępiamy w

Romani Pontificis detestabile crimen simoniae, et omnes huius criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus, confirmantes tamen pariter praescriptionem S. Pii X, Decessoris Nostri, ex qua sublata est irritatio electionis simoniacae, a Iulio II vel alio quovis decreto pontificio statuta, ne hac de causa valor electionis Romani Pontificis impugnetur (15).

80. Item Decessorum praescripta confirmantes, prohibemus, ne quis, quamvis Cardinalatus dignitate praeditus sit, vivente Romano Pontifice eoque inconsulto, deliberare de ipsius successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, aut hac de causa, privatis conventiculis factis, quidquam decernere audeat.

81. Item, quae Decessores Nostri sanxerunt, ut omnis externus interventus in electione Summi Pontificis removeretur, ea confirmata volumus. Quam ob rem, iterum ex virtute sanctae oboedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae omnibus et singulis Cardinalibus electoribus, praesentibus et futuris, pariterque Secretario Conclavis atque ceteris Conclavis partem habentibus, interdicimus, ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant *veto* seu *exclusivam*, uti vocant, etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, neve hoc ipsum *veto* patefaciant sive universo electorum collegio simul congregato, sive singulis electoribus, sive scripto sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique et per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibitionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessionem, optata, quibus auctoritates saeculares cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese Pontificis electioni immiscere.

wyborze Papieża szkaradne przestępstwo symonii, a wszystkich winnych tego przestępstwa okładamy karą ekskomuniki zaciąganej siłą faktu. Jednakże równocześnie potwierdzamy przepis św. Piusa X, Naszego Poprzednika, znoszący klauzulę nieważności wyboru symoniackiego ustanowioną przez Juliusza II lub innym papieskim dekretem, ażeby z tej racji nie podważano ważności wyboru Biskupa Rzymskiego.

80. Również potwierdzając przepisy poprzedników zabraniamy, aby ktokolwiek, nawet kardynał, za życia Papieża i bez porozumienia się, z nim, podejmował jakieś konsultacje na temat wyboru następcy, obiecywał oddać głos lub cokolwiek na ten temat rozprawiał na prywatnych zebraniach.

81. Pragniemy także potwierdzić to, co zarządzili nasi poprzednicy w zakresie wykluczenia w wyborze Papieża jakiegokolwiek zewnętrznej interwencji. Z tej to racji ponownie, na podstawie świętej cnoty posłuszeństwa i pod karą ekskomuniki zaciąganej siłą faktu zabraniamy wszystkim i poszczególnym kardynałom, obecnym i w przyszłości mianowanym, a także Sekretarzowi Konklawe i pozostałym osobom mającym udział w Konklawe - przyjmowania od jakiegokolwiek władzy cywilnej zadania zgłoszenia weta czyli tzw. ekskluzywy (wyłączenia), nawet w formie zwykłego życzenia. Wspomniane weto zabraniamy zgłaszać zarówno wobec całego zgromadzonego kolegium wyborców jak i wobec pojedynczych wyborców, zarówno na piśmie jak i ustnie, zarówno bezpośrednio jak i przez kogoś, zarówno przed Konklawe jak i w czasie jego trwania. Wspomniany zakaz pragniemy rozciągnąć na wszelkiego rodzaju interwencje, prośby, czy życzenia, przez które jakiegokolwiek rodzaju władza świecka, zespoły osób lub

pojedyncze osoby - chciałyby się mieszać do wyboru Papieża.

82. Cardinales electores praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus alikque quibusvis obligationibus, quibus astringi possint ad suffragium cuidam vel quibusdam dandum aut non dandum. Quae omnia, si reapse intervenerint, etiam iure iurando adiecto, nulla et irrita esse, neque ea observandi obligatione quemquam teneri decernimus; contra facientes vero iam ex hoc tempore poena excommunicationis latae sententiae innodamus. Vetare tamen non intellegimus, ne per tempus Sedis vacantis de electione sententiae invicem communicentur.

83. Pariter Cardinalibus interdiciamus, ne ante electionem capitula conficiant seu quaedam communi consensu statuunt, ad quorum observantiam se astringant, si ad Pontificatum assumantur; quas item promissiones, si re vera intervenerint, etiam iure iurando adiecto, nullas et irritas declaramus.

84. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus Cardinales electores vehementer hortamur, ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius gratia aut obsequio inclinati, non interventu personarum auctoritate gravium, vel coetuum impulsione quadam urgentium, vel suasionem utentium instrumentis communicationis socialis, non vi vel metu vel aura populari moti, sed unite Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, divino auxilio implorato, in eum suffragia conferant sua, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque regendae prae ceteris idoneum iudicaverint.

82. Kardynałowie wyborcy winni ponadto powstrzymać się od wszelkiego paktowania, umawiania czy składania obietnic albo podejmowania innych zobowiązań, w zakresie oddania lub nie oddania na kogoś lub na pewne osoby głosu. Gdyby coś z tych rzeczy naprawdę się zdarzyło, nawet z dołączeniem przysięgi, postanawiamy, że jest to nieważne i rozwiązane, ani też nie nakłada na nikogo żadnego zobowiązania. Na tych zaś, którzy to czynią nakładamy od tego momentu (tzn. od chwili zaistnienia faktu) karę ekskomuniki zaciąganej na mocy samego prawa. Nie chcemy jednak w ten sposób zabronić jakiegokolwiek wymiany zdań na temat wyboru Papieża w czasie opróżnienia Stolicy Apostolskiej.

83. Zabraniamy również kardynałom, sporządzania przed wyborem postanowień czyli podejmowania wspólnych zobowiązań, którymi byliby związani w wypadku wybrania ich Papieżem. Gdyby takie obietnice rzeczywiście miały miejsce i były nawet potwierdzone przysięgą, ogłaszamy je za nieważne i rozwiązane.

84. Wreszcie, powtarzając słowa naszych Poprzedników usilnie napominamy kardynałów wyborców, ażeby w wyborze Papieża nie ulegali jakiemuś przywiązaniu do kogoś lub niechęci, czyjejsz życzliwości lub uległości komuś, wpływowi osób cieszących się autorytetem, pewnemu naciskowi zespołu nalegających lub posiadających środki społecznego przekazu, naciskowi lub bojaźni, ani też nie dali się ponieść chęci szukania popularności – lecz mając na uwadze jedynie chwałę Bożą i dobro Kościoła, wezwawszy pomocy Bożej, głosowali na tego, którego uznają za bardziej odpowiedniego od innych do owocnego i

pożytecznego kierowania Kościołem powszechnym.

85. Dum Conclave celebratur, Ecclesia singulari prorsus modo cum sacris Pastoribus et praecipue cum Cardinalibus electoribus Summi Pontificis coniungitur, atque a Deo novum Caput veluti donum eius bonitatis et providentiae implorat. Perinde enim ac prima christianorum communitas, de qua in Actibus Apostolorum agitur (16), ita universa Ecclesia, spiritualiter congregata cum Maria, Matre Iesu, unanimiter perseveret oportet in oratione; quo fit, ut electio novi Pontificis non sit quiddam disiunctum a populo Dei et ad solum electorum pertinens collegium, sed quasi quaedam actio totius Ecclesiae. Quapropter statuimus, ut in omnibus urbibus ceterisque locis, saltem insignioribus, ubi primum nuntius obitus Pontificis pervenerit et postquam exsequiae sollemniter pro eo celebratae sint, humiles assiduaeque preces ad Dominum fundantur, ut ipse electorum animos illuminet et in eligendo tam concordem efficiat, ut provisionem celerem, unanimam et utilem, prout animarum salus exigit et totius orbis catholici bonum requirit, fieri contingat.

86. Eum vero, qui electus fuerit, rogamus, ne muneris gravitate deterritus, ab eodem subeundo se retrahat, sed ut potius divinae voluntatis consilio se humiliter subiciat. Deus enim, qui onus imponit, manum etiam supponit, ne ei ferendo sit impar; quippe qui sit oneris auctor, ipse est etiam administrationis adiutor; et ne sub magnitudine muneris succumbat infirmus, dat virtutem, qui contulit dignitatem.

85. Gdy odbywa się Konklawe, Kościół w szczególny sposób łączy się z Pasterzami i głównie z Kardynałami wyborcami Papieża i wyprasza u Boga nową Głowę, jakby dar Jego dobroci i Opatrzności. Stąd, podobnie jak pierwsza wspólnota chrześcijańska, o której mowa w Dziejach Apostolskich, tak cały Kościół zgromadzony duchowo z Maryją, Matką Jezusa, winien trwać jednomyślnie na modlitwie. W ten sposób wybór nowego Papieża przestaje być czymś oddzielnym od Ludu Bożego i należącym wyłącznie do kolegium wyborców, lecz staje się działaniem całego Kościoła. Mając to na uwadze postanawiamy, ażeby we wszystkich miastach oraz innych miejscowościach, przynajmniej ważniejszych, skoro tylko dotrze wiadomość o śmierci Papieża i podczas sprawowanych za niego uroczystych nabożeństw pogrzebowych, zanoszono pokorne i ustawiczne modły do Pana, by On sam oświecił umysły wyborców i sprawił tą jednomyślność w wyborze, dzięki której można będzie dokonać szybkiego, jednomyślnego i korzystnego wyboru, jak tego wymaga zbawienie dusz i dobro całego świata katolickiego.

86. Tego zaś, który zostanie wybrany prosimy, ażeby nie uchylał się od podjęcia obowiązku, mając na uwadze jego wielkość, lecz raczej z pokorą poddał się zrządzeniu Bożej Opatrzności. Pan Bóg bowiem, który nakłada ciężar, podaje także rękę, aby można go było unieść. Ten przecież, kto jest sprawcą włożenia ciężaru, jest również wspomóżycielem w jego dźwiganiu. On też daje siłę, aby nie upadł pod naciskiem ciężaru ten, kogo obdarzył godnością.

CAPUT VII DE ACCEPTIONE ET

Rozdział VIII Przyjęcie i ogłoszenie wyboru oraz koronacja nowego Papieża

**PROCLAMATIONE ELECTIONIS
NECNON DE
CORONATIONE NOVI
PONTIFICIS**

87. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diacono accitis in Conclavis aulam Secretario Conclavis, Magistro Caerimoniarum Pontificalium atque viris a caerimoniis, consensus electi per Cardinalem Decanum aut Cardinalium primum ordine et aetate, nomine totius collegii electorum, his verbis requiratur: *Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem?* Statimque, post consensum declaratum, electus interrogetur: *Quo nomine vis vocari?* Tunc per Magistrum Caerimoniarum Pontificalium, munere notarii fungentem, testibus adhibitis duobus viris a caerimoniis, instrumentum de acceptione novi Pontificis et de nomine ab eo assumpto conficitur.

88. Post acceptionem, electus qui episcopali ordinatione iam pollet, est ilico Romanae Ecclesiae Episcopus simulque verus Papa, et Caput Collegii Episcopalis; idemque actu plenam et supremam potestatem in universam Ecclesiam acquirit atque exercere potest. Quodsi electus caractere episcopali careat, statim ordinetur Episcopus.

89. Deinde, actis de more agendis, iuxta *Ordinem sacrorum rituum Conclavis*, Cardinales electores, secundum statutas rationes, accedunt ut electo Summo Pontificis obsequium et oboedientiam exhibeant. Quo actu completo, gratiae Deo persolvuntur, ac deinde populo exspectanti a primo Cardinalium Diaconorum novus Pontifex annuntiatur, qui subinde Apostolicam Benedictionem *Urbi et Orbi*

87. Po dokonaniu kanonicznego wyboru i wezwaniu przez ostatniego z kardynałów diakonów do pomieszczenia Konkławe Sekretarza Konkławe, Mistrza Papieskich ceremonii oraz ceremoniarzy – Kardynał Dziekan lub najstarszy z kardynałów stopniem i wiekiem, w imieniu całego kolegium wyborców, pyta wybranego o zgodę, zwracając się do niego z następującymi słowami: „Czy zgadzasz się na kanonicznie dokonany wybór Ciebie na Papieża?”. Zaraz, po wyrażeniu zgody, pyta dalej: „Jakie imię przyjmujesz?”. Następnie Mistrz Papieskich ceremonii, działając jako notariusz, dobierając sobie dwóch ceremoniarzy w charakterze świadków, sporządza dokument wyrażenia zgody przez nowego Papieża i obrania sobie imienia.

88. Po wyrażeniu zgody na wybór, elekt posiadający sakrę biskupią, staje się w tym momencie Biskupem Kościoła Rzymskiego i równocześnie prawdziwym Papieżem oraz Głową Kolegium Biskupiego. Otrzymuje też on i może wykonywać pełną i najwyższą władzę w odniesieniu do Kościoła powszechnego.

Gdyby elekt nie posiadał sakry biskupiej winien być natychmiast wyświęcony na biskupa.

89. Następnie, po wykonaniu zgodnie ze zwyczajem czynności przewidzianych w *Obrzędzie Konkławe*, Kardynałowie wyborcy, według ustalonego sposobu podchodzą do wybranego Papieża dla wyrażenia czci i posłuszeństwa. Po tej czynności zanoszą się modły dziękczynne do Boga, a następnie pierwszy z kardynałów diakonów ogłasza zebranemu ludowi wybór nowego Papieża, który też zaraz udziela Apostolskiego

impertit. Si electus caractere episcopali careat, obsequium et oboedientia eidem praebentur et nuntius populo perfertur tantum postquam ipse ordinatus Episcopus est.

90. Si autem electus extra Conclave degit, normae sunt observandae, quae in praedicto Ordine sacrorum rituum Conclavis continentur. Episcopalis ordinatio Summi Pontificis electi, qui nondum sit Episcopus, de qua in nn. 88 et 89 mentio habetur, fit de more Ecclesiae a Decano Sacri Cardinalium Collegii aut, si hic abest, a Subdecano aut, si hic etiam impeditur, ab antiquiore Cardinali Episcopo.

91. Decernimus, ut statim postquam novus Summus Pontifex electus sit suamque electionem assensu suo comprobaverit et, si caractere episcopali forte careat, postquam ordinatus sit Episcopus (cfr. nn. 88 et 89), Conclave, quod ad canonicos effectus, de quibus in n. 56, attinet, finem habeat. Quam ob rem statuimus, ut tunc electum Summum Pontificem adire possint Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Secretarius Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, Pontificalis Domus Praefectus et quicumque cum electo Pontifice agere de rebus debent, quae in praesentia opus sunt.

92. Pontifex demum per Cardinalem Protodiamonum coronatur et, intra congruum tempus, Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis possessionem ritu praescripto capit.

Has igitur normas, omnibus rebus graviter consideratis et perpensis, statuimus et praescribimus; atque abrogatas declarantes, ut supra cautum est, Constitutiones et Ordinationes Apostolicas hac de re a Romanis Pontificibus editas, hanc Nostram Constitutionem plane

Błogosławieństwa Miastu i Światu.

Jeśli elekt nie posiada sakry biskupiej, wtedy wyraża się mu cześć i posłuszeństwo, ale ołoszenie ludowi następuje dopiero wtedy, gdy otrzyma sakrę biskupią.

90. Gdy elekt przebywa poza Konklawe, należy zachować przepisy zawarte we wspomnianym wyżej *Obrzędzie Konklawe*.

Udzielenie sakry biskupiej nowo wybranemu Papieżowi, który nie jest jeszcze biskupem, o czym mowa w nn. 88 i 89, należy zgodnie z praktyką Kościoła, do Dziekana Kolegium Kardynalskiego, a gdy jest on nieobecny do Wicedziekana; gdyby zaś i ten miał przeszkodę – do najstarszego kardynała biskupa.

91. Zarządzamy, aby z chwilą wyboru nowego Papieża i wyrażenia przez niego zgody, a gdyby nie posiadał sakry biskupiej z chwilą wyświęcenia go na biskupa (por. nn. 88 i 89) zakończyło się Konklawe co do kanonicznych skutków, o których mowa w n. 56. Z tej racji postanawiamy, że do nowo wybranego papieża mogą się udać: Substytut Papieskiego Sekretariatu Stanu, Sekretarz Urzędu Międzynarodowych Spraw Kościelnych, Prefekt Domu Papieskiego, jak również ci wszyscy, którzy z wybranym Papieżem winni załatwiać bieżące sprawy.

92. Nowo wybrany Papież jest koronowany przez Kardynała Protodiakona i w odpowiednim czasie – zgodnie z przepisany obrzęd – obejmuje Patriarchalną Archibazylikę Laterańską.

Rozważywszy wszystko poważnie, ustanawiamy i zarządzamy przedstawione powyżej normy. Odwołując zaś – co już wyżej zostało powiedziane – Konstytucje i zarządzenia apostolskie wydane przez Papieży w tej materii, chcemy aby niniejsza nasza Konstytucja posiadała obecnie i w

eflicacem esse et fore volumus, adeo ut quae per eam exposita ac decreta sunt, ab illis omnibus, ad quos res pertinet, religiose servantur atque adeo vim suam obtineant, contrariis quibusvis nihil obstantibus, etiam specialissima mentione dignis. Si quis autem, sciens vel insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 1 mensis Octobris anno MCMLXXV Pontificatus Nostri tertio decimo.

przyszłości pełną moc prawną. Tak więc zawarte w niej postanowienia mają być przez wszystkich zainteresowanych ściśle zachowywane, bez względu na jakiegokolwiek przeciwne zarządzenia, choćby wymagały (przy odwołaniu) najbardziej specjalnej wzmianki. Gdyby zatem ktoś – świadomie lub nieświadomie – działał wbrew temu, co tutaj postanowiliśmy, nakazujemy uznać to za nieważne i pozbawione mocy prawnej.

Wydana w Rzymie, u świętego Piotra, dnia 1 października 1975 roku, w trzynastym naszego pontyfikatu.

PAULUS PP. VI

- (1) Cfr. GRATIANI *Decr.*, Dist. 23, c. 1
- (2) Cfr. MANSI, *Conciliorum amplissima collectio*, t. XXIII, 217-218
- (3) Cfr. *Cum Gravissima*: AAS 54, 1962, pp. 256-258
- (4) Cfr. AAS 62, 1970, pp. 810-813
- (5) Cfr. Ibid. 38, 1946, pp. 65-99
- (6) Cfr. Ibid. 54, 1962, pp. 632-640
- (7) Cfr. *Regimini Ecclesiae Universae, Proemium* ei n. 2, 55: AAS 59, 1967, pp. 889 et 891
- (8) Cfr. *Quae Divinitus*, 12: AAS 27, 1935, pp. 112 s.
- (9) Cfr. *Regimini Ecclesiae Universae*, 19, S 2: AAS 59, 1967, p. 895
- (10) Cfr. *Regimini Ecclesiae Universae, Proemium*: AAS 59, 1967, p. 889
- (11) Cfr. *Ingravescentem Aetatem*, 11, 2: AAS 62, 1970, p. 811
 - * Formula iurisiurandi praestandi a Secretario Conclavis et a Magistro Caerimoniarum Pontificalium: *Ego N.N., tactis per me sanctis Dei Evangelis, promitto ac iuro me fideliter servaturum esse omnia et singula, quae a Sacro Collegio Cardinalium decreta sint, ac diligenter religioseque officio meo esse Juncturum. Pariter promitto ac iuro me inviolabile servaturum secretum in omnibus et singulis . . . sequitur textus formulae iurisiurandi ab officialibus Conclavis praestandi, quae supra relata est)*
 - * Formula iurisiurandi: *Ego N.N. promitto ac iuro officio meo diligenter ac religiose esse functurum, secundum normas a Summis Pontificibus statutas et Praescripta Sacri Collegii Cardinalium. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*
- (12) Cfr. *Vacantis Apostolicae Sedis*, 68: AAS 38, 1946, p. 87
- (13) Cfr. *Vacante Sede Apostolica*, 76: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III, pp. 280- 281
- (14) Cfr. *Vacantis Apostolicae Sedis*, 88: AAS 38, 1946, p. 93
- (15) Cfr. *Vacante Sede Apostolica*, 79: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III, p. 282
- (16) Cfr. *Act.* 1, 14